00079958

BOMBAY BRANCH

OF THE

ROYAL ASIATIC SOCIETY.

TOWN HALL, BOMBAY.

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 16 March, 2016



MBurg. ſculp.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ

ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΣ ΠΕΡΙΗΓΗΣΙΣ.

ΕΙΣ ΑΥΤΟΝ

ΕΥΣΤΑΘΙΟΥ ΠΑΡΕΚΒΟΛΑΙ,

ΚΑΙ

ΑΝΩΝΥΜΟΥ ΠΑΡΑΦΡΑΣΙΣ.

DIONYSII

ORBIS DESCRIPTIO

CUM

EUSTATHII COMMENTARIIS

ET ANONYMI

PARAPHRASI GRÆCA.

ACCEDUNT

79958

ANTIQUÆ VERSIONE

Priſciani & R. Feſti Avieni.

Editio Noviſſima & Locupletiſſima.

OXONIÆ,

E THEATRO SHELDONIANO,

An. MDCCXVII.

Proſtant apud JONAM BOWYER Bibliopolam *Londinenſem*

God

79958

00079958

CONTENTA IN HAC EDITIONE.

H. Dodwelli Diſſertatio de Ætate & Patria Dionyſii Periegetæ.

Textus Dionyſii ad Exemplar H. Stephani Pariſienſe A. D. MDLXXVII.

Interpretatio H. Stephani è regione Græci textus.

Euſtathii Commentarius Græcus textui ſubjectus.

R. Feſti Avieni Deſcriptio Orbis Terræ.

Priſciani Periegeſis.

R. Feſti Avieni Ora Maritima.

Anonymi Paraphraſis Græca in Dionyſium, nunc demum è MS—Pariſienſi integritati ſuæ reſtituta.

Ἀποσπασμάτια *Geographica ex variis MSS.*

Variæ Lectiones & Annotationes ad Dionyſii Periegeſin.

Emendationes ad verſionem H. Stephani.

Variæ Lectiones, Emendationes, & Notæ ad Euſtathium.

Conjecturæ quædam & Emendationes ad R. Feſti Periegeſin, & Oram Maritimam.

Index locorum, populorum &c.

Index Auctorum in Commentariis Euſtathii.

Index Auctorum in Paraphraſi.

Index Auctorum in R. Feſti Ora Maritima.

Quatuor Tabulæ Geographicæ de novo delineatæ & Dionyſio accommodatæ.

HENRICI DODWELLI

DISSERTATIO

DE

ÆTATE ET PATRIA

Dionyſii Periegetæ.

ROYAL ASIATIC SOCIETY · LIBRARY · OF THE BOMBAY BRANCH OF THE

* a

SUMMA DISSERTATIONIS.

ALIUS erat à *Dionyſio Pliniano* Auctor *hodiernæ*, quam habemus, *Periegeſeos*. §. I. Scripſit *noſter* poſt *Domitianum*, à quo deleti *Naſamones*: non autem à *Scipione*, vel *Cæſare*. §. II. *Deſolata* erat *aliquantiſper* patria *Naſamonum*. certe, cum ſcriberet *Ptolemæus*, qui tamen *Naſamonum* meminit *extra* patriam, in *Marmaricâ*. §. III. *Manſit* deſolata, uſque ad Imperium ſaltem *Gordiani* tertii. §. IV. Scripſit *noſter* antea quam *Parthos* ſub jugum redegiſſent *Perſæ*. quod factum ſub *Alexandro Severo*. §. V. *Victos* tamen agnoſcit *Dionyſius* ab *Imperatore* aliquo *Romano Parthos*. quod verum eſſe vix potuit ante Imperium *Trajani*. §. VI. *Romam matrem omnium* Imperii Romani *urbium* agnoſcit *Dionyſius*. Loca Auctorum huc ſpectantia, *ante Caracallam*, explicantur. §. VII. *Singulorum* in *Imperio Romano Civium*, *Civitatumque Metropolim Romam* agnoſcit *Dionyſius*. quod vere dici non potuit ante *Caracallam*. §. VIII. Si *plures* fuerint, *Dionyſii* ætate, *Imperatores*; non tamen obſtabit illa *Temporis* nota, quo minus fuerit junior *Caracallâ*. §. IX. Urbs *Byzantina mœnibus* mulctata, cum ſcriberet *Dionyſius*. quod factum à *Septimio Severo*. §. X. Ad *finem* uſque *Alexandri Severi*, ne quidem Urbs illa nomen habebat *Byzantii*, ſed *Antoninæ*, poſt *excidium* ſub *Septimio Severo*. §. XI. Sub *Gallieno* vetus receperat, cum *muro*, etiam *nomen Byzantii*. proinde *ante Gallienum* ſcripſit noſter *Dionyſius*. §. XII. *Dionyſius Byzantius* non ſcripſit *Periegeſin*, ſed *Boſpori* tantummodo *Thracii* Ἀνάπλουν. Et ne quidem illum *Carmine Epico*, ſed *Oratione ſoluta*. §. XIII. *Dionyſius Mitylenæus Scutobrachion* alius erat à noſtro. *Ætas* illius. §. XIV. Scripſit Περιήγησιν Οἰκουμένης *Dionyſius Mileſius Hiſtoricus*, alius à *noſtro*, multoque *antiquior*. §. XV. Scripſit Οἰκουμένης Περιήγησιν *Dionyſius Muſonii* filius, ſi *Samius*, à noſtio *alius*, nec cum eo conferendus. §. XVI. *Orbis* Περιήγησιν *Epicam unicus* ſcripſiſſe fertur *Dionyſius Corinthius*. idem proinde cum *noſtro*. §. XVII. Nec *pluſquam unici* Periegetæ *Epici* meminerunt *juniores*, qui *Dionyſii Periegetæ* teſtimonia advocant. nec *alterius* quam *noſtri*. §. XVIII. Loca nonnulla è *Dionyſio Periegeta* prolata, à *noſtro* Textu nonnihil *variantia*. Sic tamen ut *alterius Dionyſii Periegetæ Poëtæ* ſuſpicionem nullam moveant. §. XIX. Habet *Stephanus* locum, ex *altero Dionyſio*, fortaſſe Periegetâ; non tamen *Poëtâ Epico*. §. XX. Teſtimonium *Diony-*

ſii apud *Tzetzem* de *Amazonibus* non erat *alterius*, à noſtro, *Dionyſii*, ut credebat Cl. *Joannes Gerardus Voſſius*. §. XXI. *Verborum* illa, quæ apud *Tzetzem* reperitur, exigua *mutatio*, non ipſi *Auctori* tribuenda eſt; ſed *Tzetzi memoriam* venditanti, vel verſus *ſui Dionyſii Heroicos* ſuis *Politicis* accommodanti. §. XXII Verba *Stephani* de Urbe *Emiſenâ* deſunt quidem in *hodiernis* Dionyſii *noſtri* Codicibus; non autem in illis *vetuſtioribus* quibus uſus eſt *Rufus Feſtus Avienus*. §. XXIII. Ex hac *Dionyſii*, quam debemus *Avieno*, interpolatione, Poëtam noſtrum ſub *Elagabalo* ſcripſiſſe colligimus. §. XXIV. Magnâ quidem *licentiâ* uſi ſunt *Dionyſii Paraphraſtæ* veteres. Hoc tamen in loco probabile eſt, ea quæ *addidit* in *coævo* ſibi Poëtæ *Textu* reperiſſe *Avienum*. §. XXV. *Hoc* certè in loco *Textus mutilati* indicia habemus, niſi ſuppleatur additamentis *Avieni*. §. XXVI. Non recte Poëtam *Alexandrinum* fuiſſe colligitur ex eo quòd à *Lybia* Periegeſeôs *exordium* duxerit. §. XXVII. Non potuit autem à *Charace Spaſinis* (unde *ortum* habuit *Dionyſius Plinianus*) cognomen habere *Alexandrini*. §. XXVIII. *Rhebam* fluvium, non ſuorum *Natalium* cauſsâ, ſed *Regionis Gentiſque* à fluvio cognominatæ, laudat *Dionyſius*. §. XXIX. Quòd ὑπὲρ particulæ uſum de plaga *Auſtrali* in *Dionyſio* obſervârit *Euſtathius*, ad vetuſtiſſimorum *Poëtarum* uſum de *Hyperboreis* réferendum. qui tamen *Veteres* eandem *particulam* de partibus *Orientalibus*, aut *Occidentalibus*, minime uſurpabant. §. XXX. *Hyperboreorum* nomine gentes *Scythiâ Borealiores* intelligebant *Veteres*. Non ita particulam ὑπὲρ in ὑπερνοτίοις ſuis intellexit *Dionyſius*, erravitque ita interpretatus *Euſtathius*. § XXXI. *Patriæ* ſuæ rationem in uſu particulæ ὑπὲρ *non* habuit *Dionyſius*, ſed *lineæ* Περιηγήσεως. §. XXXII. Sed nec etiam *Strabo* ſuæ *Amaſeæ*. §. XXXIII. *Corintho* conveniunt ſatis *commode*, quæcunque in hoc Poëmate occurrunt, *Patriæ* notæ. §. XXXIV. Concluſio. §. XXXV.

DE

DE

ÆTATE ET PATRIA

DIONYSII PERIEGETÆ.

I. PLINII, quo loco de *Spaſinis Charace* agit, verba illa ſunt: *Hoc in loco genitum eſſe Dionyſium, terrarum Orbis ſitûs recentiſſimum Auctorem, conſtat; quem ad commendanda omnia in Orientem præmiſit D. Auguſtus, ituro in Armeniam ad Parthicas Arabicaſque res majore filio.* Nat. Hiſt. VI.27. Fefellit hic locus viros Eruditos, qui (ſi de *Dionyſio Periegeſeos* Auctore intelligendus eſſet) locus eſſet plane nullus cur de *Poëtæ noſtri* ſeu *ætate* ſeu *Patriâ* amplius dubitaretur. Ideone *Characenus* noſter fuerit *Dionyſius*? Cur ergo *Patriæ* nuſpiam meminit, tot alioqui *Urbium* inſignium eximius *Encomiaſtes*? Ipſâ *Plinii* ætate celebrior erat Urbs *Characena*, quam ut *Patriæ* ſuæ *noſtrum* pœnituiſſe veriſimile ſit. Sed nec inter *Suidæ Dionyſios*, etiam *Poëtas*, ullum reperimus qui fuerit *Characenus*. Noſter certe *Characenus* eſſe ne quidem potuit, qui & Urbem *Romanam Urbium* omnium *matrem* & ſuorum *Principum ſedem* agnoſcit; qui *Parthos* à *Romanis domitos* gratulatur. *Romani* certe *Imperii* civem notæ illæ indicant, cum tamen *Romani* Imperii limes his temporibus receptiſſimus fuerit *Euphrates*, ut alibi in noſtrâ de Ripa *Striga* Diſſertatione ad *Lactantium* oſtendimus. Proinde *Iſidorum Characenum Externis*, non *Romanis*, Auctoribus accenſet ipſe *Plinius*. *Parthis* enim parebat patria illa *Charax Iſidori Pliniani*. *Romani* autem *Imperii* civem produnt notæ

Alius erat à *Dionyſio Pliniano* Auctor *hodiernæ*, quam habemus, *Periegeſeos*.

tæ omnes, quæ ad *Patriam* referendæ videntur, à viris doctiſſimis in hac *noſtrâ Periegeſi* obſervatæ. *Patriæ* autem ſuæ *Characenæ* res à *Dionyſio Plinii Characeno* relatas ex ipſo *Plinio* facile colligimus,& quidem accurate. Sic enim ſequitur: *non me præterit, nec ſum oblitus, ſui quemque ſitus diligentiſſimum Auctorem viſum nobis in introitu hujus Operis. In hâc tamen parte arma Romana ſequi placet nobis, Jubamque Regem, ad eundem Cajum Cæſarem ſcriptis voluminibus de eadem Expeditione Arabica.* Verba nimirum ſua in memoriam revocat quæ in Libri III. Præfatione legimus; in margine tamen, quam in Textu, emaculatiora: *Commune ferme omnibus fuit, ut eos quiſque diligentiſſime ſitus diſceret, è quibus ipſe prodibat.* Quæ eò ſpectant ut de Patria ſua Auctorem quempiam magis audiendum deceat quàm *alienigenam.* Eò ſpectabant verba: *ſui quemque ſitûs diligentiſſimum Auctorem.* Reddit ergo rationem, cur, præter *morem* ſibi præſcriptum, *Jubæ* potius fidem de rebus ſequeretur *Characenis*, quam *Dionyſii* patria *Characeni.* ſupponens utique *Dionyſii* manifeſta de rebus *patriis* teſtimonia, quæ tamen nulla ſunt in hodierno *Dionyſio.* Recte parte ea *arma* ſe *Romana* ſecutum cenſet *Plinius*, dum *Jubæ* Regis fidem fidei *Dionyſii Characeni* anteferret: quod tamen *perperam* feciſſet, ſi *noſtro Jubam* oppoſuiſſet *Dionyſio.* Scripſit enim, ut noſter, *Juba* ipſe *Græce.* Nec gentem Rex *Maurus* cum *Romanis* communem habuit magis quàm *noſter* gente *Græcus*: *Romanorum* ergo *armorum* nomine complectitur *Populi Romani ſocios*, *Romanæque* ditionis *incolas quacunque* demum *lingua* ſcribentes, aut quacunque *Romanæ* ditionis *gente* oriundos. Sic ad *alia* à *Romanis arma* ſpectârit *Dionyſius* (qui in *Parthorum Romanis* infenſorum ditione egerit) *Characenus.* Non ita *Poëta* noſter *hodiernus*; qui & *Romanos* Imperatores Dominos agnoſcit, *Romanorum* proinde *armorum ſocius*, pariter ac ipſe *Jubâ.* Alius ergo fuerit oportet *Plinianus* ille *Dionyſius Characenus* à Poëta Περιηγήσεως *hodiernæ* Scriptore.

Imo

II. Imo etiam *antiquior*, ut ex ipſius Poëmatis notis colligimus. Obſervavit *Scaliger* v. 209. mentionem eſſe *Naſamonum* jam antea à *Domitiano* deletorum, in *ſecundis* ad *Chron. Euſebianum* cogitationibus num. *Euſeb.* 2102. è *Zonara*, qui *Dione* uſus eſt integriore quam quem hodie habemus, & ex *Ariſtidis Smyrnaïco*, ipſoque *Euſebio*. Inde certum eſt *Domitiano juniorem* eſſe noſtrum Poëtam. Sed ad *Scipionem* cladem illam *Naſamonum* eandem refert vetus ille, quem Cl. *Thwaiteſio* debemus, *Græcus Scholiaſtes*, ad. v. 209. Sic autem concidet Argumentum ab ἀνάκτων v. 355. mentione ductum: quo, non ſub *Conſulibus*, ſed ſub *Imperatoribus*, hanc *Periegeſin* à *Dionyſio* exaratam fuiſſe colligit *Euſtathius*. Sub *Conſulibus* enim periiſſe neceſſe eſt, ſi cladis Auctor fuerit *Scipionum Africanorum* alteruter: quod tamen nulla produnt, quod quidem ſciam, hodierna monumenta. Ideone *Scipionem* alium illum potius intelligemus, qui *Civili* cum *Cæſare* Bello ipſe periit? *Illo* enim ipſo *Bello* periiſſe credidit *Euſtathius* συναγωνιζομένους τῷ Κάτωνι κατὰ τοῦ Καίσαρος. Id ſi verum, *Scipio* cædis Auctor eſſe non potuit, qui communem habuit cum *Catone* cauſſam, ſed potius *Cæſar*: quod tamen ipſum idoneis rerum à *Cæſare* geſtarum Hiſtoricis teſtimoniis deſtitutum eſt. Sed vero certum eſt, *poſt* illam Epocham, adhuc ſalvos in ſua veteri patria perſtitiſſe *Naſamonas*. Meminit eorundem *Strabo* qui ſcripſit ſub *Tiberio*, lib. XIII. Meminit lib. IX. *Lucanus* ſub *Nerone*. Meminit ſub *Veſpaſiano Domitiani* patre *Plinius*, Nat. Hiſt. V. 5. VII. 2. Et *Flaccum Zonaræ*, qui *Naſamones* exciderit, eundem fuiſſe veriſimile eſt, cujus meminit *Ptolemæus* Geograph. lib. I. c. 8. Vera ergo hæc eſt de exciſis ſub *Domitiano Naſamonibus* Hiſtoria; quam è *Zonara* hauſit *Scaliger*, è *Dione* vero, ut videtur, uti alia multa boni commatis, ipſe *Zonaras*. Nam & *Naſamonum* mentionem à *Dione* factam docet ad hunc ipſum, in quo verſamur, Poëtæ noſtri locum *Euſtathius*: quæ tamen nulla prorſus occurrit in hodierno *Dione*. Potuit tamen

Scripſit *noſter* poſt *Domitianum*, à quo deleti *Naſamones*: non autem à *Scipione*, vel *Cæſare*.

ſatis

ſatis commode in rebus *Domitiani*, quo proinde *juniorem* eſſe neceſſe eſt *noſtrum*, quem hodie habemus, *Dionyſium*.

Deſolata erat *aliquantiſper* patria *Naſamonum*. certe, cum ſcriberet *Ptolemæus*; qui tamen *Naſamonum* meminit *extra* patriam, in *Marmarica*.

III. Hinc tamen colligit Cl. *Hillus* recenti ſaltem cladis *memoria* ſcripſiſſe, quod ἐρημωθέντα μάλαθρα memoraverit v. 208. Vereor autem ne ſolide. Exciſa enim *Naſamonum* gente, & terra poſſeſſoribus exinanita; *feras* deinde invaluiſſe conſentaneum eſt, quibus abundabat *Africa*, tot locis ſterilibus, & humano cultui incommodis, interpolata. Sic enim in *terra Sancta* cavebat Deus ne penitus *ſimul* exſcinderentur terræ promiſſæ veteres incolæ, ne terra in *ſolitudinem* redigeretur, & creſcerent contra illos *beſtiæ*. Exod. XXIII. 29. Propter *Arabiæ deſertæ feras* ſimiliter *impedituras* ne prorſus coleretur, ſi ad nimiam *paucitatem* homines redigerentur. Hæc erat *Terræ Sabbatiſmus*. Levit. XXVII. 34. 35. 3. Eſdr. I. 58. Cum nempe *annuas fruges* non præberet, annuis *Agricolarum* laboribus deſtituta propter *infrequentiam*. Inde in ſtatum priſtinum redire non potuit, niſi *deletis feris*, vel deductis inſigni aliqua *multitudine* colonis. Quorum neutrum penes *privatos* erat, niſi *Poteſtatum publicarum* patrocinio fruerentur. Ita fieri potuit ut *multorum annorum* eſſe potuerit *Naſamonum* illa *deſolatio*, qualis erat illa *Judææ* proprie ſic dictæ, quæ *Regni* fuerat *Judaici* quà *Regno* opponebatur decem tribuum *Iſraëlitico*, *exſtinctis* ab *Iſmaële Gedaliæ* colonis, *reliquis* autem in *Ægyptum* recedentibus. Imo ita rem fuiſſe veriſimillimum eſt. Scripſit ſub *Antonino Pio Ptolemæus*. Is autem quo loco *Africæ* proprie ſic dictæ limites deſcribit, Νυκτίυς ponit & Ἐλειῶνας, περὶ τὴν μεγάλην Σύρτιν, quibus ſubjungit Μακαίους, quos Συρτίτας appellat à *Syrti majori* finitima, tum deinde Λιβύην ἔρημον. Hæc certe *Libya deſerta* alia eſſe vix poteſt à ſede *Naſamonum*; tum proinde *vacua* habitatoribus, cum ſcriberet *Ptolemæus*. Situs idem plane eſt, cum eo quem *Naſamonibus* nondum deletis noſter aſſignavit *Dionyſius*, ultra *Neapolim* & *Troglodytas Ulyſſis*, proximumque *Marmaricæ* verſus *Ægyptum Orientemque* proficiſcentibus.

Sic

Sic Capella: *In ora Syrtis Naſamones.* lib. VI. p. 217. *Strabo*, de ſinu quem faciunt *Syrtes*: Ὑπέρκεινται δὲ τοῦ μήκους, τοῦ δὲ πλάτους παρήκοντες, καὶ μέχει τῶν Φιλαίνου βωμῶν, οἱ προσαγορευόμενοι Νασαμῶνες Λιβυκὸν ἔθνος. lib. XVI. p. 836. C. Iterum: Τὴν δ' ὑπερκειμένην ἐν βάθει χώραν τῆς Σύρτεως καὶ τῆς Κυρηναίας κατέχουσιν οἱ Λίβυες, παράλυπρον καὶ αὐχμηράν· πρῶτον μὲν οἱ Νασαμῶνες, ἔπειτα Ψύλλοι καί τινες Γαιτοῦλοι, ἔπειτα Γαράμαντες, πρὸς ἕω δ' ἔτι μᾶλλον οἱ Μαρμαρίδαι, προσχωροῦντες ἐπὶ πλέον τῇ Κυρηναίᾳ, καὶ παρατείνοντες μέχρι Ἄμμωνος. p. 838. C. *Herodotus* de iiſdem: Τὸ δὲ ἔθνος τοῦτο ἐστὶ μὲν Λιβυκὸν, νέμεται δὲ τὴν Σύρτιν τε καὶ τὴν πρὸς ἠῶ χώρην τῆς Σύρτιος οὐκ ἐπὶ πολλόν. II. 32. Ita *Callimachus* Δέσποιναι Λιβύης ἡρωΐδες, αἳ Νασαμώνων Αὖλιν καὶ δολιχὰς θῖνας ἐπιβλέπετε. Fragm. ap. Schol. *Apollonii Rhod.* lib. IV. n. 1323. Nec aliter *Herod.* l. IV. c. 172. &c. *Lucanus* IX. 438.

> *Hoc tam ſegne ſolum raras tamen exſerit herbas,*
> *Quas Naſamon gens dura legit, qui proxima Ponto*
> *Nudus rura tenet, quem Mundi barbara damnis*
> *Syrtis alit.*

Plinius: *Jam in ora Syrtis Naſamones, quos antea Meſammones Græci appellavere, ab argumento loci, medios inter arenas ſitos.* V. 5. *Medium ergo ſinus* tenuere *Naſamones*. Inde factum ut è *naufragiis Syrtis* univerſæ lucrarentur, & *commercia illa* naufragiorum cum *orbe* communia haberent, ut falſe *Lucianus*. quod nempe *ora ſinus* omnis *importuoſa* eſſet. Et quidem *Pſylli Regis in parte Syrtium majorum* agnoſcit alibi *Plinius* VII. 2. *à quo Pſyllorum genti nomen, in quorum locum ſucceſſiſſe Naſamonas apud veteres in confeſſo eſt.* Suffragatur *Scylax*. Trium dierum latitudinem huic *ſinui* tribuit ab *Heſperidibus* ad *Neapolim*. Ὑπεροικοῦσι δὲ, inquit, αὐτὴν Λιβύων ἔθνος Νασαμῶνες μέχρι τοῦ μυχοῦ τοῦ ἐπ' ἀριστερᾷ. p. 46. 47. Edit. *Oxonienſis*. Et *Syrticam gentem Naſamonas* cenſet *Curtius*. IV. 7. Nec aliter *Solinus*. c. 27. Habet autem ſuos ipſe quoque *Ptolemæus Naſamonas*; ſed in *Marmarica* non in *Africa* proprie ſic dicta, quæ tamen *Syrtes ambas* complectebatur; non quidem *longe* ab *avita Naſamonum patria*, nec *in* ea tamen. Certe ultra *aras Philænorum*, qui tamen *Africæ* Provin-

ciæ *limes* erat, ut è gradibus *Longitudinis Africæ Marmaricæque* aſſignatis manifeſtum eſt, & *Ægypto* propiores. Quod nihilominus non obſtabat quo minus *gens* ipſa deleri cenſeretur, *patria deſolata*, paucis in Provinciam *finitimam* è Romanorum militum furore lapſis. Verum ergo erat illud *Zonaræ* teſtimonium de *deletis*, *Domitiani* juſſu, *Naſamonibus*. Illud quoque verum, multis *poſt Domitianum* annis, adhuc deſolatam deſertamque fuiſſe eorum patriam, uſque ad Imperium ſaltem *Antonini Pii*, ſub quo ſcripſit *Ptolemæus*. Ut proinde neceſſe non ſit, qui *patria* eorum *deſolata* ſcripſit, illum *mox* à gentis clade ſcripſiſſe noſtrum, de quo agimus, *Dionyſium*.

Manſit deſolata uſque ad Imperium ſaltem *Gordiani tertii*.

IV. Verum porro eſſe, quod è *Ptolemæo* didicimus, non ita *exciſos* fuiſſe à *Domitiano Naſamonas*, quin adhuc *reliquiæ* eorum ſuperſtites fuerint in *Marmarica*, quæ etiam *tandem* in *patriam* redierint, (multis tamen *poſt* ipſum *Ptolemæum annis*) aliunde colligimus. Hoc nos docet inſigne *Epigramma* à Cl. *Holſtenio* editum in Notis ad *Stephanum*, voce Νασαμῶνες. Nos autem recitabimus ex Amico Cl. *Berkelio*, qui mendis nonnullis illud purgavit. Sic ſe habet.

Εσχατιαὶ Λιβύων Νασαμώνιδες, οὐκέτι θηρῶν
Εθνεσιν ἠπείρου νῶτα βαρυνόμεναι.
Ηχοῖ ἐρημαίῃσιν ἐπιπτύοντεδε [leg. ἐπιπλήσσετε] λευκτοὺ
Ωρυγαῖς, ψαμάθους ἄχρις ὑπὲρ Νομάδων·
Φῦλον ἐπεὶ ἀνάριθμον ἐν ἰχνοπέδαισιν ἀγρευθὲν,
Ες μίαν αἰχμηταῖς Καῖσαρ ἔθηκεν ὁ παῖς.
Αἱ δὲ πρὶν ἀγραύλων ἐγκοίταδες ἀκρώρειαι
Θηρῶν, νῦν ἀνδρῶν εἰσὶ βοηλασίαι.

Titulum ediderat L. *Holſtenius*: Οτι Καῖσαρ ἐξεκάθηρε τὴν Λιβύην τῶν ἐνοικούντων θηρίων, καὶ ἐποίησεν οἰκεῖσθαι. Ipſo quoque *reſtitutæ* hujus *Hiſtoriæ* nomine luculentum hoc eſt, quod *Holſtenio* debemus, *Epigramma*. *Naſamonides* hoc in loco *Libycæ* eædem plane ſunt cum illis quas ad *Marmaricam Ægypto* contiguam retulit *Ptolemæus*. *Libyæ* enim nomine intelligitur *Libye* proprie ſic dicta, *Media* nimirum inter *Ægyptum* & *Africam* illam quæ *Romana lin-*

guâ

gua utebatur, ipſa *Græco* idiomate uſa tanquam patrio. Hæc *Africæ* opponebatur *proprie* itidem ſic dictæ, quæ *patriam* itidem linguam habebat *Romanam*. *Ultimi* ergo fuerint gentium *Libycarum* hi *Marmaricæ Naſamones*, in *confinio* ſiti *Romanæ* occidentem verſus *Africæ*, ipſi ad orientem ſiti lineæ per *aras Philænorum* erga *meridiem* ductæ, quæ quidem aræ *limes* erat illi *Libyæ* illique *Africæ* communis. Sic item *patriæ avitæ* propinqui, ut pone dorſum, quà ipſi ad *orientem* ſpectabant, *rugitibus leonum* terrerentur, patriam tum deſertam poſſidentium. Ψαμάθυς enim ipſos, non alios ſane quam *Syrtium* quos incoluerant veteres *Naſamones*, hic *Numidiæ* accenſeri videmus, quæ *ultima* erat *Africæ Romanæ* verſus *orientem* Provincia. Hæc ergo *ferarum* habitacula veteribus incolis *reſtituta* gratulatur Auctor *Epigrammatis*, *feris* ipſis *armatorum militum* ſtrepitu & terrore in *laqueos*, quibus ferarum *pedes* tenerentur adactis, & ad *internecionem* redactis. Ita factum ait, ut *montana* olim a *noctivagis belluis* occupata in *bovium ſtabula* converſa fuerint humanis uſibus congrua. De *montanis* loquitur, quod littus *Syrtium arenoſum* ita cultum humanum averſaretur, ut ne quidem *jumentis paſtum* præbere potuerit. *Cæſari* autem cuidam tribuit quod exſules *Naſamones* in patriam tamdiu deſolatam tandem redierint. Male autem *Libyæ* ipſi *Cæſaris* beneficium vendicat Auctor Argumenti quod regioni ultra *Libyas* ultimas ſitæ *Poëta* ipſe tribuit. Inde intelligimus, non *Auctoris*, ſed *Collectoris Anthologiæ*, in qua locum habuerit *Epigramma*, eſſe, *alienum* ab *Auctoris* ſententia, Argumentum. Itaque ad *tempus* illius, quicunque demum is fuerit, *Cæſaris*, non *Domitiano* tantummodo, verum etiam *Antonino Pio* recentioris, adhuc habitatoribus vacuam fuiſſe priſtinam *Naſamonum* infelicium patriam. Quis fuerit ille *Cæſar Afrorum* patronus divinari difficile eſt. Ego, poſt *Pium*, neminem reperio, cui attribui poſſit, præter ſecundum tertiumve *Gordianum*. Si quidem παῖδος nomine *filius* intelligatur, fieri potuit ut *ſecundus* fuerit, *primi* Gordiani *filius*, ipſe quoque *Gordianus*.

 Ægre

Ægre tamen crediderim ipſi, in Republica turbulentiſſima verſanti, *otium* fuiſſe, ut regioni deſertæ *belluis* purgandæ vacaret, priſtiniſque habitatoribus reſtituendæ. Melius *tertio* conveniet *Gordiano*, qui etiam propter *Afrorum* merita in familiam *Afris* multum debebat. Sub *eo* defecit in *Africa Sabinianus*, à conjuratis oppreſſus dedituſque. Inde nata occaſio αἰχμητῶν in hanc ipſam Provinciam *mittendorum*: & quidem ſub Principe, ætate *puero*, ut paſſim ab *Hiſtoricis* appellatur, ſub *anni* Æræ *Chriſtianæ* 240. Coſs. agnoſcente *trium Gordianorum* Auctore c. 23. Hunc *Gordianum*, cum *Imperio* admoveretur, παιδίον νήπιον appellat *Herodianus* lib. VIII. p. 356. διὰ τὴν ἡλικίαν οὐχ' οἷόν τε προΐστασθαι τῶν πραγμάτων. *Adoleſcentem* Auctor trium Gordianorum c. 22. *Puerum* c. 23. Additque *poſt* Coſs. anni Ær. *Chr.* 241. poſt matrimonium cum filia *Miſithei*, tum demum non *Puerile* jam *& contemtibile viſum* illius *Imperium*. Poſt defectionem in Africa repreſſam. *Admodum puer* habetur *Eutropio*. Hic ſi vere *Cæſar* fuerit qui exſules in patriam revocaverit *Naſamonas*, ut *Domitiano* junior, ita hoc anno *Chriſti* antiquiorem fuiſſe oportet *noſtri Poëmatis* Auctorem. Sed aliæ adhuc quærendæ erunt notæ quibus hoc tam *laxum* ſpatium intra limites anguſtiores concludatur.

Scripſit *noſter* antea quam *Parthos* ſub jugum redegiſſent *Perſæ*. Quod factum ſub *Alexandro Severo*.

V. Ita certe de *Perſis*, ita de *Parthis* loquitur Poëta; ut facile intelligamus, nondum *Perſas* majorum ſuorum gloriam aſſecutos, ut *Parthos* ſibi etiam obnoxios haberent, cum ipſe ſcriberet. Hoc tamen, quaſi è poſtliminio, aſſecuti ſunt *ante Gordianos*, Imperante *Alexandro Severo*. Laudem autem *Perſis* aliam nullam tribuit quam *majorum* divitias atque magnificentiam; *victoriam* gratulatur nullam præterquam *Aſiæ* minoris & *Cræſi*, cujus præda illæ fuerint divitiæ. Nullam certe à *Parthis* reportatam quos aliis ἀμαιμακέτους facit, præterquam *Romanis*. Inde conſtat nondum *Parthorum* jugum è cervicibus ſuis depuliſſe *Perſas*. Proinde ante finem *Alexandri Severi* noſtrum ſcripſiſſe, vel ex hac nota colligitur.

VI. *Victos*

Victos tamen agnoſcit Dionyſius ab Imperatore aliquo Romano Parthos. quod verum eſſe vix potuit ante *Trajanum.*

VI. *Victos* autem à *Romanis Parthos* utcunque gloriatur. Hinc *ætatem* Scriptoris *Auguſto* coævam colligebat *Euſtathius*. Plane teſtimoniis Auctorum coævorum, quorum fidem ſequeretur, deſtitutus, & ſuis duntaxat *Ratiociniis* innixus. Inde ſequi credidit, non ſub *Conſulibus* ſcripſiſſe *Dionyſium*, quod ἄνακτας v.355. ſuos agnoverit Poëta, qui *Romæ* ſedem tenuerint: quod majus eſſe credidit Commentator, quam ut de *Conſulibus* vere dici poſſit. Oblitus eſt nimirum in *Regis unius* locum *binos* ſuffectos fuiſſe *Conſules*, ut *Majeſtatem* vere *Regiam* à prima eorum inſtitutione tenuerint, ſed *diviſam*. Inde facilius colligere licuit *ſub Conſulibus* ſcripſiſſe, quod *Plurali* numero ἄνακτας agnoverit. Utcunque tamen *Conſularem Poteſtatem* jam olim ita imminutam fuiſſe *Plebejorum* Plebejiſque *faventium Patritiorum* ſeditionibus conſtat, ut jamdiu longe *infra* Regiam Majeſtatem deciderit, nec *Regiam* Majeſtatem ſignificantibus Epithetis inſigniri ſoleret. Solidius hoc idem confecit *Euſtathius* è mentione Αὐσονίης βασιλῆος v.1052. Unius nimirum qui *Conſulum collegio* convenire non potuit. Sed quæ demum erat illa *Romanorum* in *Parthos* victoria, de qua intelligi potuerit *Dionyſius*? *Euſtathio* ne quidem in mentem venit *Ventidius Baſſus*, qui *primus Romanorum* de *Parthis* triumphavit. Non ſuis tamen, ſed *M. Antonii* auſpiciis, cum *Monarchiæ Regiæ* in *Triumvirali Poteſtate* veſtigium nondum haberet *Auguſtus* ipſe, nedum *damnatæ* memoriæ *Antonius*. Sed recepit *Auguſtus* à *Phraate Signa Militaria* & *captivos Craſſi* clade in *Parthorum* poteſtatem redactos. Atque huc *Poëtæ* verba refert *Euſtathius*. Perperam ille, cum *Auguſti reverentia* potius quam *armis*, *Parthos*, immo ne *coactos* quidem, ſed *ultro*, ſigna retuliſſe fateantur Hiſtorici. *Ovavit* tamen eo nomine, fateor, *Auguſtus*. Sed quantillo *ſanguine* conſtiterit à *Parthis* delatus honos, illa ipſa indicabat *ovatio*; quæ tum potiſſimùm locum in diſciplina *Romanorum* habebat, cum *nullo ſanguine* victoria conſtaret. De *Plinii Dionyſio* nihil prorſus cogitabat *Euſtathius*. Is

cum in *Auguſti* ætatem inciderit, rationem veriſimilem præbere potuit, cur ad *Auguſti* aliquam de *Parthis victoriam* Poëtæ noſtri verba viderentur eſſe referenda. Comitem illum *Cajo ad Parthicas Arabicaſque res ituro* datum ab *Auguſto* teſtatur *Plinius* VI. 27. Periit autem illa Expeditione *Cajus*, nec *res* geſſit tam magnifico Poëtæ *noſtri* præconio dignas. Poſtea ſub *Nerone* rem adverſus *Parthos* proſpere geſſit *Corbulo*. Et fuiſſe adeo qui ad *Neronem* hæc verba *Dionyſii* retulerint, indicat *Euſtathius*. quibus proinde nondum in mentem venerat *Dionyſius* ille *Plinianus*. Sed nec alia aliqua *temporis* nota, qua ſub *Auguſto* noſter ſcripſiſſe crederetur. Sed *Corbulonis* illa potius erat gloria, quam *Principis*; niſi quà Principum *auſpiciis* res geri cenſebatur, quæ geſta fuerat à Principis *legato*. Sed verba *Dionyſii*, Αὐσονίȣ βασιλῆος ἀκωκή, rem *geſtam* potius ab ipſo *Principe* deſignare videntur, vel ſaltem qua non adeo *longe* abfuerit, quin *juſſu* illius & *conſilio* geri potuerit. Ita ſi Auctorem intelligamus, vel *Trajanum*, vel *Lucium* forte *Antoninum*, vel *Septimium Severum* ob oculos habuerit. Nec quicquam habet Auctor, cur *unum* potius aliquem *horum* quam *alteros* deſignâſſe credatur. Sed ne quidem illud ſaltem monuit, *ſuorum* fuiſſe *temporum Romanorum* illam, de qua gloriatur, *victoriam*. Nobis tamen ſatis erit ad ſententiam receptam de *Pliniano Dionyſio* convellendam, nullam fuiſſe ante *Neronem* victoriam, quò reſpexiſſe potuerit noſter, de quo agimus, *Dionyſius*: & ne quidem adeo firmam illam eſſe ſententiam, ut Argumentis ex ipſo *Opere* petitis inde præſcribendum ſit. Quod ſi *plenam* victoriam hic voluerit Poëta, talem nullus unquam *Imperatorum Romanorum* de *Parthis* reportavit, præter *Trajanum*. In hujus *Numis captam* legimus *Parthiam*, cum figuris *captivis* ad *Tropæum* ſedentibus. Forma plane eadem, qua & *captam* legimus *Judæam* in *Numis Veſpaſiani*, & *Captam Daciam* in Numis ejuſdem *Trajani*. Quas *penitus* ſubactas fuiſſe nihil eſt cur dubitemus. In aliis *Regem Parthum*, & *Regem Parthis datum*, Regemque *ipſum* coram *Trajano*

jano humi procumbentem. Idemque teſtantur factum *Hiſtorici*. Eum tamen fateor à *Parthis*, poſt mortem *Trajani*, nec reſtitutum ab *Hadriano*. Præ *invidia* illa *Hadriani*, quæ ab *Hiſtoricis* obſervatur, in memoriam *Trajani*, quæ præclara *Trajani* facinora ſub finem geſta obſcuraverit, ut ipſi in Prælect. *Camdenianis* obſervavimus. Simile quid de *Auguſto* tradit *Euſtathius*, ne *Regem Parthi Romanorum* injuſſu facerent. Sed plane *gratis*, nec ulla *Hiſtorici coævi* fide, nec *rei* ipſius veriſimilitudine. *Arbitrium* tamen inter æmulos de Regno *Parthorum* agnoſcit *Suetonius Auguſto* delatum. A quo anſam acceperunt, ni fallor, *recentiores*. Proinde eo magis propendeo, ut de *Trajano* potius, quam de *alio* aliquo *Romanorum Imperatorum* verba *Dionyſii* intelligantur. Sic item lucrabimur, ne quidem ante *Trajani finem* hæc ſcribere potuiſſe *Dionyſium*. Ita etiam intelligi neceſſe erit, ſi de *victoria Romanorum* in *Parthos* tali fuerit locutus, qualem viciſſim *Parthi* in *Romanos non* potuerint vendicare. Talem autem intellexiſſe veriſimillimum eſt.

Romam matrem omnium Imperii Romani *Urbium* agnoſcit *Dionyſius*. Loca Auctorum *Caracalla antiquiorum* huc ſpectantia explicantur.

VII. Sed notam *temporis*, quo vixit Auctor, *proximam* exhibebant, ni fallor, verba illius v. 356. de *Roma*, quibus eam Μητέρα πασάων πολέων appellat. Hæc certe *poſtea* quam cives *Romani* Orbis *ingenuos univerſos* Civitate *Romana* donaverat *Caracalla*, Fiſco *Militari* conſulturus è *Romanorum Civium hereditatibus* augendo. Qua de re Exercitationes eruditiſſimas edidit illuſtris Baro *Spanhemius*, mihi ſummo cum honore nominandus. Colligit quidem præſtantiſſimus Auctor *veterum* Teſtimonia, *ante Caracallam*, quæ huc ſpectare videri poſſent, ni penitius ad examen revocentur. *Campanis Romaniſque communem* fuiſſe *patriam* Bello *Punico* 2^c^ indicat Conſul *Terentius Varro*, apud *Livium* XXIII. 5. Nempe propter *Civitatem* magnæ *Campanorum* parti jam olim datam, ut monet ibidem ipſe *Varro*, anni illius *Catoniani* 536. Conſul, *Cannenſis* cladis nomine infamis. Nempe ſub Coſs. anni *Catoniani* 434. teſte

teſte *Vellejo* I. 14. ipſoque obſervante Nobiliſſimo Barone, Exercit. I., c. 7. Eadem cauſa *Capuæ* erat, quæ *Civitas* erat *Campaniæ* primaria. *Senecæ* de *Roma* verba ſatis cauta ſunt. Nec enim *communem patriam Romam* appellat. Ita tantummodo dicit: *quæ velut communis patria poteſt dici.* Conſol. ad. *Helv.* c. 6. *Dici* magis quam *eſſe* innuens, quam verbis proxime præcedentibus negaverat *ſuam* illis eſſe urbem, qui *relictis ſedibus ſuis* in illam venerant. Nec *patriam* eam, ſed *velut patriam* dici poſſe aſſerit. De *Italia* Plinius, *omnium terrarum fuiſſe alumnam, eandem & parentem numine Deum electam.* III. 5. tam propter *colonias* ab *aliis* quibuſcunque *Romanæ* ditionis *gentibus* acceptas, quam propter *emiſſas* ab aliis, præter *Romam*, Italiæ Urbibus itidem alio *coloniis*: & propter *ſingularum Urbium legatos* ibidem, pro *officio* Patriis *debito*, morantes. Inde factum, ut Urbium ſingularum cives *concives* ſuos hic numero minime ſpernendo reperirent, ut ne *patriis* ſuis quidem tum abeſſe *videantur*, cum *rei publicæ cauſa abeſſent.* Inde factum ut ad *Eccleſiam Romanam, propter potentiorem Urbis principalitatem, omnem oportuerit convenire Eccleſiam*, ut olim obſervavit S. *Irenæus* III. adv. Hær. c. 3. *Urbium* enim *numero* reſpondebant illis temporibus *Eccleſiæ.* Addit *Plinius* verba à Cl. Barone recitata: *breviterque una cunctarum gentium in toto orbe Patria fieret.* Nempe propter *Imperii commercium, ſparſa congregari* cenſet *Imperia, ritus mollitos, & tot Populorum diſcordes feraſque linguas ſermonis commercio* [*Romani* ſcilicet] *contrahi ad colloquia, & humanitatem homini dari.* Eo ſpectant hæ rationes, non tam ut *una* omnium *eſſet patria* vel *Italia*, nedum *Roma*, quam ut propter *morum contagionem* ex *Imperio* ortam, *velut* una *patria* haberetur, ut loquebatur *Seneca*, *Parens* ipſa tot *coloniarum* à ſe in tot Provincias *emiſſarum*, & *alumna* tot *coloniarum* in *Magnam Græciam*, non ipſam *Romam*, à *Græcis* deductarum. Habebat certe ubique *ſuorum Civium* colonias (quæ *patriam* ſibi *Italiam* vere vendicare poſſent) in *ſingulis* Provinciis *primarias*, & *reliquas* Juris

Romani

Romani nec *participes*, ejuſdem tamen *obſervantiſſimas*. Sed & alia erat ratio, cur *patria communis civium* ex *Urbibus* Imperii *ſingulis Roma* haberetur; quod *Civibus* bene de *Imperio* meritis, quantocunque ſpatio ab *Urbe Romana* diſſitis, *Civitas Romana*, per *Principum* munificentiam, concedi ſoleret. Plane *contra* quam fuerat receptum apud *Græcos*, qui *Urbium* ſuarum *dignitatem* eo magis commendari cenſebant, ſi *alienigenis* concederetur quam pauciſſimis. Sed *Romanorum*, in hac ipſa cauſſa, conſuetudinem, quippe quæ ad *Civium numerum potentiamque* augendam faceret, *Græcorum* moroſiori parſimoniæ anteponit etiam *Dionyſius Halicarnaſſeus*. Anteponit etiam *Ariſtides* locis ab illuſtri *Barone* productis. Agnoſcit Rhetor *Romæ* πόλιν τοῖς ἁπάσης οἰκουμένης communem, uti etiam χώρας ἄστυ ſimiliter *commune*. Hoc nempe vult, non *ſolorum* ἐπιχωρείων fuiſſe *Civitatem*, ut in *Græcis* uſu venerat Civitatibus, nempe *Regionum Suburbicariarum*, infra *Urbis* cujuſque ὅρια ſitarum; ſed nullos fuiſſe *alios* ab *Imperii* limitibus certos ὅρους hujus *Civitatis* proprios, quibus *Civium* Jura concluderentur. Videbantur itaque περίοικοι ἅπαντες, qui ad *aliarum Urbium* ditiones pertinebant, hujus *Urbis* fuiſſe δῆμοι, alienarum licet χωρῶν incolæ. Voce uſus eſt *Attica*, qua Δήμων nomine *vicos* intelligebant urbi *Athenienſi* ſubjectos. Aliis nempe *Græcis* κώμας, ut monet *Ariſtoteles* de *Poët. Romanis Pagos*, qui *Jus* habebant *conventuum* ἐν ἄστει vel ἀκροπόλει. Hæc erat κοινὴ illa πολιτεία, μία *Romæ* πόλις quæ reliquas in *Orbe Romano* urbes univerſas in officio continebat p. 375. Ita factum dicit, ut οἱ ἑκασταχόθεν μέγιστοι καὶ δυνατώτατοι τὰς ἑαυτῶν πατρίδας ὑμῖν φυλάττουσι. Vel inde intelligimus *alias* fuiſſe illis *patrias* ab *Urbe Romana*, quas tamen in *Romanorum fide* cuſtodierint. Intelligimus præterea *propria* illis μεγίστοις καὶ δυνατωτάτοις *Romanæ Civitatis* Jura: quæ, ſi *communia* fuiſſent, alios *concives* fuiſſent pariter obligatura ut in *Romanorum* fide perſeverarent. Imo *propria* merentium fuiſſe idem ſupra ſignificaverat. Πρόκειται δ' ἐν μέσῳ πᾶσι πάντα· ξένος δ' οὐδεὶς ὅστις ἀρχῆς ἢ πίστεως ἄξιος. p. 313. Hoc tantum omnibus

in medio propoſitum oſtendit, ut neminem *Romani Imperii* incolam *gens* propria, aut *Civitas* quantumvis *diſſita*, à *Romani Civis Juribus* excluſerit; ſi ſe honore illo *dignum* Principi probâſſet, aut ſi κεφαλαίῳ fuiſſet, *mercatus*. Hanc *Civitatis Romanæ communitatem Caracalla* longe antiquiorem fuiſſe facile concedimus. Ut non minus *vere*, quam *Oratorie*, dici potuerit, *nullam* fuiſſe in *Romano orbe* univerſo *Civitatem*, quæ non potuerit habere *Cives* cum *Urbe Romana communes*, quibus, præter Urbem *natalitiam*, Urbs quoque Romana *patria* fuerit *adſcititia*.

Singulorum in Imperio Romano CiviumCivitatumque Metropolim Romam agnoſcit *Dionyſius*. quod vere dici non potuit ante *Caracallam*.

VIII. Non fuit autem hoc contentus *Caracalla*: volebat ille ut *Urbium omnium Cives ingenui oneri* ſubjicerentur, quod *proprium* fuerat antea *Civium* duntaxat *Romanorum*. Hoc ut aſſequeretur, neceſſe erat ut *Civitas Romana* daretur *ſingulis* Urbium omnium *Romani Imperii Civibus*. Ita nimirum ut quicunque fuiſſet *Urbis cujuſcunque*, in *Imperio Romano*, *Civis*, is, eo ipſo *nomine*, pro *Urbis Romanæ cive* haberetur, & *vigeſimis hereditatis* Fiſco Militari ſolvendis obnoxius. Ita rem fuiſſe, cum ſcriberet Poëta noſter, indicant illius verba: Μήτερα πασάων πολίων. *Metropolim* enim agnoſcit *Romam* ipſam aliarum omnium *Urbium Romanarum*. Eodem nempe ſenſu quo *villas Urbibus ſubjectas* בנות appellant *Ebræi*. Similem loquendi formam imitantur de ἀποικίαις *Græci*, de coloniis *Romani*. Proinde id ſignificare volebat *Dionyſius*, non *ſingulorum* duntaxat in *Unaquaque* Urbe πολιτῶν, ſed ipſarum quoque πόλεων, quà Membra *omnia* Corporum ſuorum *Politicorum* complectebantur, *Metropolim* fuiſſe *Romam*. Ita *civem* nullum habere potuit Urbs aliqua *Imperii Romani*, qui non idem *Civis* fuerit *Urbis* quoque *Romanæ*. *Coloniarum* enim vicem induebant *reliquæ Orbis Romani Civitates* per Edictum illud *Caracallæ*, ut *filiorum* vicem induebant quos *Paterfamilias* in ſuam *familiam* per *Adoptionem* adſciviſſet. Nec enim *Patriæ* primævæ *Jura* amittebant qui à *Patria* mittebantur in *colonias*. Sed nec eorum *filii*. Ut

ergo

ergo *domi nati* fuiſſent *filii*, patribus minime in coloniam miſſis, ſic & in *Patria primæva* naſci cenſebantur cum in *Civium colonia* naſcerentur. Ita *Sacra Patria* celebrandi *Jus* retinebant non in ipſis tantummodo, in quibus naſcebantur *coloniis*, verumetiam in ipſa, cum liceret interesse, *Metropoli*. Manifeſtum hoc erat in *Judæorum coloniis Templo* communicantibus. Manifeſtum & in *Corcyræorum* cauſſa atque *Corinthiorum*, teſte *Thucydide*. Ita ſe quidem res habebat in *coloniis puris* atque ſimplicibus, quæ *unica* conſtarent *gente*. Corporis enim Politici *Jura* communia indicabat participatio communium *Sacrorum*, quibus *Corpora* in unam coaleſcebant. Alia autem erat & diverſa ratio in *Coloniis* μιγάδων ſeu ἐπιμίκτων, quæ *variarum* erant *gentium*. His enim nullæ erant *Urbium integrarum Metropoles* ſingulæ; ſed *variæ*, gentium, Urbiumque *unde* fuerant in colonias deductæ. Tales erant *Judæorum*, extra *Terram Sanctam*, coloniæ; nullæ, quod meminerim, *Judæorum propriæ*, ſed *Græcis*, *Romaniſque*, aliiſque præterea *gentibus Barbaris* cum *Judæis communes*. Sic tamen *Judæorum* Urbem *Hieroſolymitanam Metropolitanam* agnoſcit apud [1] *Philonem* Rex *Agrippa*. Et quidem *Judæorum Provincialium*, extra *Patriæ limites* agentium. Μητρόπολις δὲ οὐ μιᾶς χώρας Ἰουδαίας, ἀλλὰ καὶ τῶν πλείστων, (quas ibi etiam recenſet) διὰ τὰς ἀποικίας ἃς ἐξέπεμψεν ἐπὶ καιρῶν. Sic fuerit *Roma* ante *Caracallam*, *Metropolis*, non *Urbium* in Imperio *univerſarum*, ſed tantummodo *Coloniarum* juſſu Populi, vel Principis indulgentia, deductarum. In reliquis *Civium* potius *ſingulorum*, quam *Civitatum*; & χωρῶν potius quam πόλεων, ut loquamur cum *Philone*. Sed cum πόλεων μητέρα Romam appellârit *Dionyſius*; cives *Imperii Romani univerſi Romanos* ſupponit Poëta. Plane quales Edicto ſuo fecerat, recenti tum memoria, *Caracalla*.

IX. Sunt equidem, fateor, qui illud pro *temporis* nota habent, quod *Romam* ſuorum ἀνάκτων οἶκον agnoverit Poëta. Quaſi nimirum *plures* fuiſſent, cum ipſe ſcriberet, in Republica *Principes*. Qui *Dionyſium Plinianum*

Si *plures* fuerint, *Dionyſii* ætate, *Imperatores*; non tamen obſtabit illa *Temporis* nota, quo minus fuerit *junior Caracalla*.

1 Leg. ad *Cai.* p. 1031. E.

nianum eſſe volebant, ad *Cajum* hæc *Luciumque* referre conſentaneum erat, quos *Imperii* gubernaculis tum nuper admoverat *Auguſtus*. Poterant etiam ad *Tiberium*, jam olim *Tribunitia Poteſtate* donatum, tum tamen *exſulantem Rhodi*. Nec dubito quin *hæc* cauſſa fuerit, cur ad *Severi filiorumque Severi Auguſtorum* tempora retulerit *Scaliger* in Notis *Euſebianis*. Cum tamen *plures* fuerint in *Imperio* collegæ *multi* ante *Severum*, & tamen *juniores Domitiano*. Tales erant proximi *Domitiano Nerva* & *Trajanus*. Tales *Hadrianus* & *Ælius Verus Cæſar*, &, poſt illius mortem, *Antoninus Pius*. Talis cum *Pio Auguſto Marcus*. Talis cum *Marco Verus* Cæſaris filius, *Marci* per Adoptionem *frater*. Talis poſtea cum *Marco* filius Marci *Commodus*. Cur ad *Severi* tempora diſtulerit *Scaliger*, qui notam *Naſamonum* mentione *recentiorem* nullam obſervavit, plane non video. Nobis tamen *Severo* junior fuerit oportet, qui *Romam* ipſam *Urbium Imperii omnium matrem* appellârit. Potuit autem *Dionyſius* vocem *Pluralem* adhibere, de *ſtirpis Imperatoriæ* διαδοχῇ, qui ſedem Imperatoriam *Romam* habuerint, *ſuo* quiſque Succeſſionis *ordine*, ut *nulli* fuiſſent unquam in *ſumma* dignitate, ſeu *Auguſtea* ſeu *Cæſarea*, collegæ. Si tamen neceſſe eſſet ut *plures* agnoſceremus; ſic etiam habemus proximos *Caracallæ* ſucceſſores collegas *Macrinum* cum filio *Diadumeniano*: rurſuſque illorum ſucceſſores *Elagabalum* cum *Alexandro* tum duntaxat *Cæſare*. Nec multum intererit ſub horum alterutris ſcripſerit *Dionyſius*. Poterat enim utrobivis, & *Orbis Romani liberi* meminiſſe; nec tamen *Parthos* in *Perſarum*, quos tamdiu ſubditos tenuerant, poteſtatem iterum *redactos*.

Urbs Byzantina mœnibus multata cum ſcriberet *Dionyſius*. quod factum à *Septimio Severo*.

X. Sed & aliam habemus notam *ætatis*, qua vixit Auctor, è mentione *Byzantii*. Celebrium Urbium mentione delectatur, & ſtyli ſui pigmentis ornat. Ab *hujus* tamen Urbis mentione prorſus abſtinet, etiam data occaſione, imo pene exigente. *Boſporum Thracium* deſcribit v. 140. in cujus *faucibus* ſita erat *urbs* ipſa *Byzantina*,

Urbis

Urbis tamen vel *nomine* altiſſimo ſilentio prætermiſſo. Etiam *gentem* memorat *Thracum* v. 322. 323. Nec tamen *urbem* non *Thracum* modo, verumetiam *regionum Thraciæ finitimarum* omnium nobiliſſimam. Sed & in ora *Aſiæ* oppoſita, à *Chalcedenſibus* poſſeſſa, notam illuſtriorem nullam habuit, quæ in ora *Europæa* reſponderit. Sed ne quidem ita *Urbis nomen* proferendum cenſuit, quaſi malo omini futurum. Sic enim habet: v. 803.

Χελκιδέες μὲν πρῶτα παρὰ στόμα γαῖαν ἔχουσιν,
Οὖδας ἐς ἀντιπέρην Βυζάντιον εἰσορόωντες.

Male *Mœnia Byzantis* vertit *Priſcianus* v. 771. Οὖδας enim, vox *Poëtica*, idem valet quod Οὖδος. Et γῆ ſeu ἔδαφος vertitur à Grammaticis. Sic οὖδας Ερέμβων in ipſo hoc Poëta. v. 180. 963. ἡ γῆ Μαύρων in Gloſſario *Oxonienſi*, ἡ τῶν Ερέμβων γῆ, in *Scholiaſte*, editis à Cl. *Thwaiteſio*. Et λυπρὸν οὖδας in poſteriori loco eſt ἡ λυπρὰ καὶ ἀνιαρὰ σχετλία γῆ, eidem Anonymo *Scholiaſtæ*, terra *Erembûm* ipſi *Priſciano* v. 170. Sic Ἀττικὸν οὖδας v. 423. Gloſſario ἔδαφος eſt. *Ager* certe *Atticus*, qui *Peloponneſo* finitimus eſt, non *urbs Athenæ*, ἡ κατ' Ἀθήνας χώρα *Euſtathio*, quà *Urbi* ipſi *Regio Urbis* opponitur. Sic etiam *Heſychio*: Οὖδας, Γῆ, ἢ τὸ ἔδαφος. Plane hic agnoſcimus Virgilianum: *& campos ubi Troja fuit*: Urbis nimirum *ſitum*, urbe ipſa *vacuum*. Nec enim tanto intervallo diſtabat *Urbs* à *Boſporo*, ut Urbis *agro*, potius quam *Urbe ipſa*, fuerit deſignandus. Contra faciunt qui *Urbe* ipſa *florente* vixerunt ſcripſeruntque Veteres. *Strabo* κατὰ Χαλκηδόνα καὶ Βυζάντιον τὰ στενὰ, ἃ νῦν Θρᾴκιος Βόσπορος καλεῖται. XII. p. 566. Mela in *Boſporo Byzantium*. II. 2. 49. Tacitus: *arctiſſimo inter Europam Aſiamque divortio Byzantium in extrema Europa poſuere Græci*. Annal. XII. 63. Cum fuerit in *arctiſſimo divortio*, non opus erat ut *agro* tantummodo *Byzantino Boſporus* ipſe deſignaretur. Sic item πορθμὸν *Boſpori* μεταξὺ Βυζαντίου καὶ Χαλχηδόνος ponit *Zoſimus* lib. I. p. 12. Ed. Ox. Et *clauſtrum Ponticum* eadem *Byzantina Civitas Trebellio Pollioni* in *duob. Gallien*: c. 6. Sed Urbem *trienni* obſidione tandem expugnatam *mœnibus* nudaverat *Severus*, & in κώμης formam redactam

1 *Dio Xiphilin.* in *Sept. Severo.*

Perintho

ſubjecerat, tum ne quidem *Urbium* numero cenſendam. *Urbis* ergo *rudera*, verius quam *Urbem*, mœnibus *deſolata*, ἔδας Βυζάντιον rectius, quam Βυζάντιον, appellandum cenſuit. Et quæ *villæ* modum induerat, *Perintho* parere juſſa, eam ne quidem *Urbis*, quantumvis *ignobilis*, dignitatem tueri conſtabat. Satius ergo habuit infelicis Urbis *nomen* tegi, quam cum *ignominia* commemorari. Et ne quidem *tutum* erat *Urbem*, tot nominibus illuſtrem, seu *laudare*, ſeu *lugere*, in *recenti* Principis, qui cladis *Auctor* fuerat, *memoria*. Proinde poſt Legem *Caracallæ* quæ *cives* Imperii *Romani* omnes *Civitate* donaverat Romana, *memoria* Excidii aliquatenus *inveterata*, ſcripſerit oportet hic noſter, quicunque demum is fuerit *Dionyſius*. Ita ſe rem habuiſſe neceſſe erat, ſi *ſtirpis*, quæ tunc rerum potiebatur, *Imperatoriæ* ſeu *metu*, ſeu *reverentia*, ab *Urbis* tam celebris *mentione* ſibi abſtinendum cenſuerit, ne recentis ignominiæ *invidiam* reſuſcitare videretur.

Ad *finem* uſque *Alexandri Severi*, ne quidem *nomen* habebat Urbs illa *Byzantii*, ſed *Antonina*, poſt *excidium* ſub *Septimio Severo*.

XI. Non me tamen fugit *placatiorem* poſtea fuiſſe *Severum*, tantumque abfuiſſe ut *Urbis* melius exploratæ *gloriæ* invideret, ut nova *Urbis ornamenta* ipſe addiderit, παυσάμενος τῆς κατὰ Βυζαντίων ὀργῆς, ut ait *Zoſimus* lib. II. ne juniores addam Hiſtoriæ *Byzantinæ* Auctores. Immo novo *Antoniæ* (niſi forte potius *Antoninæ*) nomine auctam exiſtimat *Euſtathius*. Ὠνομάσθηναι δέ ποτε αὐτὸ καὶ Ἀντωνίαν, inquit, ἕως περιῆν Σεβῆρος, καὶ ὁ ἐκείνου παῖς Ἀντωνῖνος. ad v. 804. Utinam *Auctorem* edidiſſet, ſi quem tamen habuerit fide dignum. Habuiſſe autem inde ſuſpicio eſt, quod numos *Caracallæ* & *Alexandri Severi* qui *Antoneiniam Byzantium Sebaſtam* exhibuerint, memoravit Ortelius. Ex *Alexandri* numo conſtabat hoc *Urbis nomen* ad ultimum gentis *Septimiæ* ſucceſſorem pertigiſſe. Hæc ratio erat ſatis veriſimilis cur ἔδας Βυζάντιον tantummodo *ſolum* appellaretur, in quo ſita fuerat *Civitas* olim *Byzantina*; quæ tamen *Civitas* nomen *vetus* exuerat *Byzantii*, & nomen induerat *novum Antoninæ* à *Caracalla*, cui Pater cognomen dederat *Antonini*, quo

quo civium reverentiam & amorem *filio* conciliarēt. Tenuit ergo hæc ratio ad tempora *Alexandri*. Ultra, ne quidem veriſimile eſt *Civitati ipſi* placuiſſe *novum* nomen *Antoninæ*, cum cognomen *Antonini* à *Senatu* delatum repudiaſſet *Alexander* propter *ſcelera* ſupremi *Antonini Elagabali*, & cum ne quidem *Antonini Caracallæ* nomen in *honore* haberetur: nec *metus* immineret à cujuſcunque *Antonini* ſucceſſore, ſi Principis ſceleratiſſimi *memoria* aboleretur. Monumentum erat *ignominiæ* ſervitutiſque, qua *Perinthiis* addicti fuerant, ipſum illud *nomen* à cladis Auctore deductum. Nec *diu* manſiſſe legimus nomina à *damnatæ memoriæ* Principibus.

XII. Sub *Gallieno* certe jam *veterem*, cum vetuſto *nomine*, gloriam acceperat aliquatenus *Byzantium*. Hoc nos docet in *Gallienis duobus Trebellius Pollio*: *Ac ne quid*, inquit, *deeſſet Gallieni temporibus*, *Byzantiorum civitas*, *clara navalibus bellis*, *clauſtrum Ponticum*, *per ejuſdem Gallieni milites*, *ita omnis vaſtata eſt*, *ut prorſus nemo ſupereſſet*: *denique nulla vetus familia apud Byzantios inveniatur*, *niſi ſiquis*, *peregrinatione vel militia occupatus*, *evaſit*, *qui antiquitatem generis*, *nobilitatemque repræſentet*. c.6. Spectant hæc ad *gloriam*, quam, *mediis* inter *Severum Gallienumque* temporibus, *Urbs* adepta erat, quæ ſuæ in *navalibus* Bellis *peritiæ* in ipſa illa *Severi* obſidione inſignia ediderat monumenta. Fuerant ergo *medio* illo ſpatio *multi* nobileſque *cives*, per *neglectam* militum *diſciplinam*, ad *paucitatem paupertatemque* redacti, ut videtur. Plures ſane quam quæ *vico* convenirent *Perinthiis* addicto. Quanquam eam *ſervitutem Perinthiorum* cum novo *Antoninæ* nomine ſublatam fuiſſe veriſimile ſit. Imo *murum* tum *redintegratum* fuiſſe docent verba illa Pollionis de Gallieno: *Denique ad vindictam Byzantiorum proceſſit*: *& cum non putaret recipi ſe poſſe Muris*; *receptus alio die*, *omnes milites inermes*, *armatorum corona circumdatos*, *interemit*, *fracto fœdere quod promiſerat*. c. 7. Erant ergo tum *Byzantio mœnia* quibus

Sub *Gallieno* vetus receperat, cum *muro* etiam, *nomen Byzantii*. Proinde *ante Gallienum* ſcripſit noſter *Dionyſius*.

bus *Gallienum* ad deditionis *leges* adegerant milites *præſidiarii* hujus, de qua loquitur *Pollio*, *vaſtationis* auctores. Nec improbabile eſt, cum *Antoninæ* nomine *Byzantium* dignarentur *Severus Auguſtus* cum filio *Caracalla* itidem *Auguſto*, *nondum* autem *Auguſto Geta*, & cum ædificiis *publicis* ornarent; tum *Urbis* dignitatem *Byzantinis* reſtitutam à *Perinthiorum* jugo liberis; tum quoque *mœniorum* reſtaurandorum gratiam ab iiſdem *Auguſtis* indultam, quæ fuerint à militibus *præſidiariis* propugnanda. Fruſtra enim fuiſſent ſine *mœnibus præſidia.* Nec novi *nominis* honori, nec *Principum* novi nominis *Auctorum* dignitati congruum erat, ſi vico *Perinthiis* obnoxio *ſupremi tum* omnium *honoris* nomen impoſuiſſent. Sic ergo fiet ut Urbis hujus à *Dionyſio* prætermittendæ ratio illa eſſe non potuerit, quod mœnibus caruerit, ad *vici* ignobilis conditionem redacta, *murorumque* propugnaculis ſpoliata. Non certe cum *ſui juris* factus *Caracalla* cives Romani Orbis *ingenuos univerſos* civitate donaverat *Romana.* Melior ergo veriſimiliorque erit *poſterior* illa ratio, quod *alio*, tunc quam *Byzantii*, *nomine* Urbs fuerit appellata, quæ ἔδος tantummodo commune haberet cum veteri celeberrimoque *Byzantio.* Proinde, ſi verum illud ſit, de *redintegrata*, in *Byzantios*, gratia *Severi*: potius ante *exciſam* Severi *familiam* ſcripſiſſe crediderim noſtrum Poëtam, cum nondum *vetus* Urbs ipſa nomen *Byzantii* fuiſſet conſecuta, nec *Perſæ Parthorum* jugum excuſſiſſent. *Medio* nimirum aliquo tempore inter affectum Imperium *Caracallæ* & Imperium *Alexandri Severi* ſimiliter affectum, antea quam antiquaretur in Urbe *Byzantina* novum nomen *Antoninæ.* Diu certe non obtinuiſſe vel inde ſuſpicio eſt, quod tam rari occurrant, qui illius meminerint, *Nummi*, vel alia cujuſcunque generis *monumenta.* Nec in *hac* duntaxat *Urbe* rari, ſed in alia aliqua quæ ab *Antonino* quocunque nomen acceperit. Ita nimirum primorum *Antoninorum* gloriam obſcurârant poſtrema cognominis *Antoniniani* propudia. Præſertim *proxima* propudiorum *memoria*, ut ex *Alexandri* cognomen nuper acceptiſſimum repudiantis

repudiantis exemplo conſtabat. Et in *damnatæ memoriæ Principibus* receptiſſimum erat ut *imagines*, ut *ſigna*, ut *vaſa*, & alia quævis *monumenta* abolerentur. Præſertim in *Corporibus* & *Sodalitiis* Humanis; quorum intereſſe videbatur, ut nomina haberent feliciſſima *ominiſque* auſpicatiſſimi.

XIII. Cæterum de hujus Poëmatis *Auctore* pariter apud ejus *Interpretes* incertum eſt; quis fuerit, ac qua *ætate* vixerit. Hac enim ipſa *ætate* longe *recentiores* ſunt illius ſeu *Paraphraſtæ*, ſeu *Commentatores*, nec Sæculo *Christiano quarto*, ut exiſtimo, antiquiores. Sed nec in illis Auctores exploratos habemus noſtro *Dionyſio coævos*, qui *Dionyſii* noſtri tanquam ſibi *coævi* meminerint; ſed ne quidem huic, cui illum aſſignavimus, ſæculo coævos; qui compertum habuerint *Poëtam* hoc *nomine* qui Orbis Περιήγησιν deſcripſerit. Proinde *conjecturis* omnia debent ex ipſo *Opere* petitis, quæ de hoc noſtro *Opere* tradunt; non autem diſertis vetuſtiorum *Dionyſioque* coævorum *teſtimoniis*. Ne quidem *vetuſtiores* ſe *commentatores* præfert *Euſtathius*, quales *Tzetzi* ſuppetebant in *Lycophronem*. Nobis itaque *Ratiociniis* res agenda erit; nec *juniorum* Teſtimoniis plus tribuendum erit, quam mereri videbuntur eorum *Ratiocinia*. Illud certe conſtat titulum huic Operi eſſe Περιήγησιν, & quidem inſigniſſimum fuiſſe veri Auctoris Opus, qui inde cognomen acceperit Περιηγητοῦ. Sic enim appellatur à *Stephano* quoque *Byzantino*, ſive *Hermolao*, ne *minorum* gentium Scriptores hic commemorem qui eum ita appellârint. Proinde inter Scriptores Περιηγήσεων præcipue quærendus eſt, quos varios recenſet *Suidas*. Primus antiquiſſimuſque eſt *Dionyſius Byzantius*, de quo ita ſcribit: Διονύσιος Βυζάντιος, ἐποποιός· Περιήγησιν τοῦ ἐν Βοσπόρῳ ἀνάπλου. Hunc certe credebat *Suidas* noſtræ Περιηγήσεως Auctorem, quo loco agit de *Dionyſio Muſonii* filio, propter fluvii *Rhebæ* laudes ab eo memoratas, non alium aliquem *Bithynum*, ut volebat Cl. *Voſſius* pater, quod *Bithyniæ* fluvius eſſet *Rhebas*. Sed

Dionyſius Byzantius non ſcripſit Περιήγησιν, ſed Boſpori tantummodo Thracii Ἀνάπλουν: & ne quidem illum Carmine Epico, ſed Oratione ſoluta.

Megarenſium colonos fuiſſe *Bithynos*, ut fuit *Byzantium*, docet *Strabo*, ut proinde à *Bithyniæ Chalcedone* ad *Byzantium* deductos veriſimillimum ſit. Nec *Dionyſium Bithynum* Περιηγήσεως Auctorem legimus apud veteres, quod quidem ſciam. Fieri poteſt ut *Dionyſius* hic *Byzantius* idem fuerit cum *Dionyſio Thrace Grammatico* celeberrimo, cum *Thraciæ* civitas fuerit *Byzantium*, & à *Civitatibus* potius quam *Regionibus*, in quibus *ſitæ* fuerint Civitates, *cives* cenſeri ſoleant. Favebat ergo *Suidæ*, quod & ἐποποιὸς fuerit *Dionyſius* ille *Byzantius*, & quod *Boſpori Thraciæ* Περιήγησιν ſcripſerit. Sed *Boſpori* tantummodo illius Περιήγησις erat, quam deſcripſit ille *Dionyſius*. Et ne quidem *titulum* habebat Περιηγήσεως, ſed Ἀνάπλου, quà Περίπλοις opponebatur Ἀνάπλους, cum tamen *Periplis* magis commode quadraret titulus Περιηγήσεως. Περίπλοι erant qui, uno excepto oſtio, litoribus *concludebantur*. Sic enim erant Maris *Euxini* & *Erythræi* Peripli. Sed ab uno *Mari* ad aliud *Mare* tranſitum deſignat Ἀνάπλους. Hoc tamen nomine Περιήγησις habenda, quod loca litoris utriuſque, imo totum *Boſpori* circuitum Auctor in illo ſuo *Anaplo* explicârit. Fallit præterea aliud Argumentum, à voce ἐποποιοῦ *Dionyſio* attributa, unde collegerit *Suidas*, *verſibus* conceptum fuiſſe *Dionyſii Byzantii* Ἀνάπλουν. Ex aliis ejuſdem Operibus Auctor ille ἐποποιοῦ titulum referre potuit, Oratione *ligata* conſcriptis, & quidem *Carmine Heroico*, quod *Epici* proprie ſic dicti *nomine* veniebat. Ἀνάπλουν autem Oratione fuiſſe *ſoluta* verba inde à *Stephano* voce Χρυσόπολις prolata evincunt. Nec *carmina* ulla inde recenſet P. *Gyllius* qui ipſo illo Ἀνάπλῳ uſus eſt in *Boſporo* ſuo *Thracio*. Sed nec *ætas* patitur à nobis noſtro Περιηγητῇ aſſignata, ut idem fuerit cum *noſtro*, quem multo *juniorem* probavimus, *Dionyſio*.

Dionyſius Mitylenæus Scytobrachion alius erat à noſtro. *Ætas* illius.

XIV. *Dionyſium* præterea *Mitylenæum* (qui idem Σκυτοβραχίων & Σκυτεὺς fuerit cognominatus) ἐποποιοῖς accenſet *Suidas*. Sed quæ fuerint illius Scripta *Epica* non recenſet, nec Περιηγήσεως ab illo ſcriptæ mentionem fecit. Hæc

certe,

certe, quam habemus, Περιήγησις illius fuiſſe ne quidem potuit. Meminit illius in *Libro* de *Grammaticis Suetonius*, cum tamen *Suetonio* ipſo *noſtrum* juniorem comprobaverim. *Suetonio* autem ipſo aliquando antiquior fuerit oportuit *Dionyſius* ille quem *Scythobrachionem* male appellant *Codices* Suetonii hodierni. Hujus contùbernalem *M. Antonium Gniphonem* Grammaticum *Romanum* fuiſſe à nonnullis traditum refert *Suetonius*, quibus tamen ipſe refragatur. *Quod equidem* (inquit) *non temere crediderim, quum temporum ratio vix congruat.* Non equidem aperte indicat utrum *antiquiorem* ipſe crediderit, *Gniphonem* an *Scytobrachionem*. Supponit tamen *non* admodum *ætate* diſcrepâſſe, quos alii pro *coætaneis* habebant: nec adeo manifeſtum *ætatis* fuiſſe *diſcrimen*, ut inde *certo* redargui poſſit, quam tamen *improbabat* ipſe, *traditio*. *Contubernii* nomine intellexit, ni fallor, quæ in *Scholarum* διαδοχαῖς ἑταιρεία appellabatur, ſub eodem ſtudiorum *præſide*, & in eadem *Schola*, condiſcipulatum. Ut ſcilicet ambo *eadem* fuerint *ætate*, quæ ſtudiis *Grammaticis*, pro ſæculi *more*, addici ſolebat. Poterant ergo *ſimul* ætate fuiſſe *Puerili*, ſive *Juvenili*. Sic tamen, ut alter altero ad *novæ* ætatis limites *propius* acceſſerit. *Paucorum* ergo *annorum* numerus ſatis erat, pro ſententia *Suetonii*, ne alter fuerit alterius *condiſcipulus*, quem tamen *ſolito majorem* non obſtare videmus in *hodiernis* quoque *condiſcipulatibus*, præſertim in ὀψιμαθέσι. Imo *multorum annorum* exceſſum in *alterutro* ne quidem *patitur*, ſi temporum ratio vel *vix* congruerit, quod agnoſcere videntur verba ipſa *Suetonii*. Proinde, ipſo quoque teſte, ſi ex ætate *Gniphonis* de ætate *Dionyſii Scytobrachionis* conjecturam facimus, non longe aberrabimus. Qua autem fuerit ætate *Gnipho*, notam hanc dedit ipſe Suetonius: *Docuit primum in Divi Julii domo, pueri adhuc.* Proinde *prætextati*. Proinde antea quam annum *ætatis* XIV. *Cæſar* expleviſſet, quem tamen explevit IV. Id. *Quinctil. anni Varroniani* 668. Anno enim XVI. *Coſſutiam* dimiſit, quæ *prætextato* deſponſata fuerat. Jul. c. 1. *Deſponſata*, inquam, non *nupta*. Et

 proinde

proinde intra *biennium*, quod, pro *more* ſæculi, intercedere ſolebat inter *deſponſationem* atque *nuptias*. Proinde circa annum 668. *ſcholæ Grammaticæ* curam ſuſcepit *Gniphon*. Scholam ejuſdem in *Prætura* ſua *Ciceronem frequentâſſe* tradit idem *Suetonius*. Nempe anno *Varron.* 688. Spatium *medium* erat XXX. *annorum*. Sic annum egerit XX. cum primum profiteretur *Gnipho*, qui annum *ætatis* Lm. non exceſſit, eodem teſte *Suetonio*. Si nempe hoc ipſo *anno* deceſſerit, quo *Prætor* erat *Cicero*, quem certe *ultimum* fuiſſe *Gniphonis* veriſimillimum eſt. Nec enim credibile eſt, quem *Præturæ* negotiis obrutus audivit *Orator*, eundem *deſeruiſſe*, cum, *acto* Magiſtratu, ſui compos, otio ſuo ſtudiiſque redderetur. Sic *natus* fuerit *Gnipho* anno *Varroniano* 648. Nec ſane *vicenario minorem* fuiſſe credibile eſt, cum *docendi* munus aggrederetur. Nam XVIIIo. ætatis anno *Adoleſcentes* rei *Oratoriæ* ſe addixiſſe probavimus in *Annalibus Quinctilianeis*. In quo ſtudio poſito ad minimum *biennio*, tum demum *foro* operam dabant, & *Scholæ* adeo qui *Rhetorices* profeſſione *victum* quærebant. *Profeſſionem* enim *Rhetorices* cum *Grammaticæ* profeſſione veteres conjunxiſſe agnoſcit idem *Suetonius*. Nec ſane *multo* juniorem fuiſſe credibile eſt *coævum* illi *Dionyſium Scutobrachionem*, quem pro antiquiſſimæ Hiſtoriæ *Lydiacæ* Auctore, quæ ſub *Xanthi Lydii* nomine ferebatur, *Herodoto* ipſo antiquioris, accepit *Artemon Caſſandrienſis*, ipſe etiam antiquior *Athenæo*, ut nos docet ipſe *Athenæus* lib. XII. Proinde *antiquior* eſt quam ut Auctor haberi poſſit noſtræ, de qua agimus, hodiernæ *Periegeſeos*.

Scripſit Περιήγησιν Οἰκουμένης *Dionyſius Mileſius Hiſtoricus*, alius à *noſtro*, multoque *antiquior*.

XV. *Propius* accedit ad *noſtri* Auctoris *conſilium* titulus Περιηγήσεως Οἰκουμένης. Referunturque à *Suida* plures *Dionyſii* qui illum *titulum* ſcriptis à ſe poëmatibus præfixerint. In his itaque noſter inveſtigandus erit. Scripſit ergo, teſte *Suida*, Περιήγησιν Οἰκουμένης *Dionyſius Mileſius* Hiſtoricus. *Dionyſium* quendam ex *eadem civitate Mileſium* advocat Scholiaſtes doctiſſimus *Apollonii* ad Ἀργο-

ναυτικῶν

ναυτικῶν lib.I. 256.1116. II.207.1147. III.200.212. IV.119. 223. 1153. *Poëtam*, ut videtur, qui *Poëma* ſcripſerit de eodem, quo & *Apollonius*, Argumento Ἀργοναυτικῶν, ut ex eodem colligitur *Scholiaſte*. Nec tamen *Argonautica* inter ſui *Dionyſii Mileſii* ſcripta recenſet *Suidas*. Alius ergo fuiſſe videtur *Dionyſius* ille *Mileſius*, quem, hac *Hiſtorici* appellatione, ab *alio* aliquo *Dionyſio Mileſio* ſecernit *Suidas*. qui proinde *non* fuerit *Hiſtoricus*. Ab hoc, ni fallor *Scholiaſtæ Dionyſio Mileſio*, *Poëta*, non *Hiſtorico*, ἐποποιῷ utique non λογοποιῷ, ut *veterum* Criticorum ſermone utar. Et quidem ſi *Poëtæ* opponatur ipſum nomen *Hiſtorici*: ſic oratione *ſoluta*, non, *ligata*, conceptam fuiſſe veriſimillimum erit illam Οἰκουμένης Περιήγησιν, quæ huic *Mileſio Dionyſio* tribuitur *Hiſtorico*: aliamque adeo fuiſſe ab *ea* de qua agimus. Talis fuiſſe videtur, quem teſtem advocavit *Scholiaſtes Apollonii* de *Amazonibus* in *Africa* pariter atque *Aſia*. Διονύσιος δὲ, inquit, ἐν δευτέρῳ κατὰ Λιβύην αὐτὰς ᾠκηκέναι φησί, ad *Apollonii* II. v. 967. Alia fuerit oportet ab hac noſtra Περιήγησις illa quæ 2m. complectebatur *Librum*, quæque *ſecundo* poſt *Europam Libro* de *Libya* agebat, à qua noſter incipit. *Argonauticorum* autem Auctorem *Scytobrachionem* facit *Suidas*, quem quidem *Scytobrachionem* noſtro *antiquiorem* fuiſſe jam probavimus, qui tamen fuerit *Mileſius*, quem *Mitylenæum* facit *Suidas*. Sed & alium *Dionyſium Mileſium Scytobrachione* ipſo *antiquiorem* fuiſſe docet ipſe *Suidas* in voce Ἑκαταῖος, quem ibi *Dario Hyſtaſpidæ* & *Hecatæo* (quem excerpſit *Herodotus*) parem facit, atque *Olympiadi* tribuit LXV. *Hiſtoricum* tamen etiam ipſum agnoſcit, qualis erat Auctor Περιηγήσεως. Et quidem *ſummam antiquitatem* ſapiunt Argumenta Librorum ei à *Suida* attributorum. Scripſiſſe fertur, τὰ μετὰ Δαρεῖον L. V. Ea *antiquiſſima* Hiſtoriæ *Græcæ* Epocha eſt, *Græcis* fatentibus, ut alibi oſtendimus. Item Περσικὰ, & quidem *eadem*, qua etiam *Herodotus*, Dialecto *Ionica*. *Troicorum* etiam Libros tres, & *Mythicorum* alia. Et Κύκλον Ἱστορικὸν Libris ſex pro exemplo *Poëtarum Cyclicorum*, quos etiam *antiquiſſimos* fuiſſe conſtat. Idem prætereа ſupponitur

nitur, cum teſtis adhibetur de *Amazonum* origine, quæ in Hiſtoria *Græcorum* Mythica antiquiſſima locum habebant. *Diodoro* certe *antiquiorem* fuiſſe conſtat, qui ad illius *teſtimonium* provocat lib. II. de *Troicis*, de *Argonautis*, atque etiam *Amazonibus*. Inde *Argonautica* illius potius fuiſſe probabile eſt quam *Scytobrachionis*. Quanquam & in *ſenioris* hujus *Dionyſii Mileſii Mythicis* locum habere potuerint *Argonautica*. De *Argonauticis*, inter cætera, in *Dionyſio Mitylenæo Suidas*: Ταῦτα δέ ἐστι πεζὰ Μυθικά. Unde intelligimus ſermone *pedeſtri* hæc ſcripta fuiſſe *Argonautica*. Eodemque ſtylo illam fuiſſe Περιήγησιν omnino probabile eſt. Certe *Dionyſius* ille, qui ſcripſit *Perſica*, *Cicerone* etiam antiquior eſt, qui eum de *Cyri* rebus teſtem advocat L. II. de *Divinatione*, cui tamen Οἰκουμένης Περιήγησιν tribuit *Suidas*. Noſtro ergo *Dionyſio* antiquiores ſunt harum Περιηγήσεων Auctores, utcunque *nomen* cum illo commune habuerint *Dionyſiorum*. Antiquiſſimum hunc *Dionyſium Mileſium* teſtem advocat *Clem. Alex.* Protrept. p. 14. l. 11. ἐν τῷ πέμπτῳ μέρει τοῦ κύκλου. *Hiſtorici* ſcilicet κύκλου, cujus βιβλία ζ'. recenſet *Suidas*. Nec alium, ni fallor, intelligit *Marcianus Heracleotes* p. 6. cum *Diogenis* filium appellat, & ἀναμετρήσεως Auctorem agnoſcit. Hæc terræ univerſæ ἀναμέτρησις è *Periegeſi* hauſta eſt, quæ tamen ei *communis* fuiſſe ſupponitur cum juniore *Eratoſthene*. Cum enim *Ptolemæum Eratoſthene* juniorem fuiſſe obſervat *Marcianus*, antiquiorem *Eratoſthene Dionyſium* ſupponit. Inde quoque manifeſtum eſt aliam illam fuiſſe à *noſtra* Periegeſin, in qua nulla eſt ἀναμέτρησις.

Scripſit Οἰκουμένης Περιήγησιν *Dionyſius Muſonii* filius, ſi *Samius*, à noſtro *alius*, nec cum eo conferendus.

XVI. *Alium* præterea recenſet *Suidas* Auctorem *Dionyſium* qui Οἰκουμένης Περιήγησιν deſcripſerit. Verum illum non *Diogenis* filium, ſed *Muſonii*. Inde *alius* fuiſſe evincitur. Certius enim, *his* præſertim *temporibus*, à *patre*, quam à *patria*, Argumentum, quibus unum eundemque *hominem* diverſarum tamen *Urbium* jura habuiſſe frequentiſſimum erat. *Patrum* ergo *nominibus*, ut *alios* multos, ita *Dionyſios* ab invicem ſecernunt Scriptores.

Sic

Sic *Dionyſium Alexandrinum Teri filium* appellat, quod *Glauci* filium alium recenſet *Suidas*, quamvis uterque *patria* fuerit ſimiliter *Alexandrinus*. Sic item *Dionyſius Halicarnaſſeus* patris *Alexandri* nomine ab aliis diſtinguitur *Dionyſiis*. Et *Dionyſium Tryphonis* memorat *Stephanus* Ethnicographus. *Rhodius* ergo fuerit, an *Samius*, non multum refert, cum è *Patre* conſtet unum eundemque fuiſſe *hominem* qui ab aliis *Rhodius*, ab aliis *Samius* appellabatur. Potuit ab *alterutra*, vel *utravis* patria cenſeri, ſi *patriam* alteram *natalem* habuerit, alteram *legitimam*; vel *Paternam* aliam, aliam *Avitam* à *majoribus*. Sed quicunque demum is fuerit *Muſonius*, certe *Philoſophus* ille, qui ſub *Nerone* floruit & gentis *Flaviæ* Principibus, fuiſſe non potuit; quem & *Romanum* fuiſſe conſtat, & *ordinis* apud *Romanos* ſummi, *Senatorii*. Hujus filius *Samium* ſe ſeu *Rhodium* appellari dedignatus fuiſſet. Saltem *majoris dignitatis* civitatem non tacuiſſet. Imo *Romanam* originem prodit *Philoſophi Senatorii* nomen *Muſonius Rufus*, nullo vel *cognomine non Romano* inſignitum: quod tamen apud illos receptum, qui *Civitatis Romanæ* jura à *coloniis Romanis* arceſſebant. Erat & alius *Muſonius Philoſophus*, cujus multa legimus, ni fallor, apud *Stobæum* fragmenta, *antiquior* tamen quam ut *noſtri Pater* eſſe potuerit. Sub *Hadriano* vixit, ut videtur. meminêrunt enim illius S. *Juſtinus* Martyr & *A. Gellius*, qui *Pio* Imperante ſcripſerunt. Utcunque tamen nomen Patris *Muſonii Romanum Romani* Juris eum aliquatenus participem fuiſſe, ni fallor, oſtendit. Non *ſtirpe* quidem, ſed modo aliquo Juris acquirendi *adſcititio*. Si tamen è *Patris Filiique* nominibus conjecturam facere liceat; *ætati* illi, qua Orbis *Romanus* univerſus *civitate Romana* donatus eſt, illa ſatis apte conveniunt. Ut ſcilicet *Pater* civitatem *Romanam* tum fuerit aſſecutus, cum *nomen Romanum* cum *civitate* accipiendum eſſet; *Filius* autem à *Patre* tunc arceſſiverit, cum *Civitatis Romanæ* Jura acciperet, qui *Romani Imperii* civis fuiſſet *ingenuus* ſine *nomine Romano*. Sed nec aliunde de illius *ætate* quippiam

exploratum

exploratum habemus. Mihi autem non facile perſuadeo *Samii Dionyſii*, qui cum *Rhodio Solis* apud *Rhodios* celeberrimo *Sacerdote* idem fuerit, hanc fuiſſe quam habemus hodieque *Periegeſim*. *Styli* diſcrimen tantum obſervabant; ut quæ *Dionyſio noſtro* indigna cenſuiſſent, *Dionyſio Samio* proinde aſſignarent; & quæ viciſſim *elegantiora* crederent, ea, quanquam *Dionyſii* alterius *nomen* præ ſe ferentia, noſtræ *Periegeſeos* Auctori aſſeruerint. Ita *Euſtathius*: Τὰ μὲν Λιθιακὰ ἐκρίθησαν ἴδια Διονυσίου καὶ αὐτά, διὰ τὴν τοῦ χαρακτῆρος ὁμοιότητα· τὰ δὲ Βασσαρικά, διὰ τὴν τραχύτητα οὐκ ἄξια τούτου κριθέντα, εἰς τὸν Σάμιον ἀνηνέχθησαν Διονύσιον. Ita *Critici*, qui *Samii* pariter ac *noſtri Dionyſii* ſcripta oculis ſuis uſurpabant. E quo intelligimus *imparem* noſtro *Dionyſio* Dionyſium fuiſſe *Samium*. Quà nempe judicare licuit è *Scriptis Samii* ſine dubio genuinis. Nec illud modò, prò ſententia *Euſtathii*, ſed *vetuſtiorum Criticorum*, qui utriuſque *Scripta* viderant atque invicem contulerant: quod tamen *incertum* eſt an fecerit *Euſtathius*.

Orbis Periegeſin Epicam unicus ſcripſiſſe fertur *Dionyſius Corinthius*. Idem proinde cum *noſtro*.

XVII. Sed vero inter tot *Dionyſios*, qui *Orbis univerſi Periegeſes* deſcripſerint, unicus eſt tantummodo qui *Carmine*, & Carminis genere *Epico* idem, quod noſter, fecerit, *Dionyſius Corinthius*. De eo ita *Suidas*: Οἰκουμένης Περιήγησιν δι' ἐπῶν. Nihil tale legimus in *aliis* illius *Dionyſiis*. Vel inde intelligimus *ſoluta* Oratione conceptas alias fuiſſe Οἰκουμένης *Periegeſes*. Addit poſtea: Ταῦτα δὲ εὗρον καὶ ἐν Διονυσίῳ τῷ τὰ Λιθιακὰ γράψαντι. Monet nimirum hanc ipſam, quam habemus, *Periegeſim* alteri *Dionyſio* fuiſſe attributam, qui Auctor fuerit Λιθιακῶν. *Samio* nimirum vel *Rhodio*, qui *Hiſtoricis* fuerit accenſitus, ut obſervavit è *Veteribus* tam *Suidas* quam *Euſtathius*. *Corinthium* tamen *Dionyſium*, quamvis *ſoluta* Oratione quædam ſcripſiſſe dictus fuerit, non tamen *Hiſtoricis*, ſed ἐποποιοῖς accenſuit idem *Suidas*. Proinde perperam *Euſtathius* explicare conatus eſt, ad quam *Hiſtoriæ* partem ſpectet noſtra *Periegeſis*, cum non alia ratione *Hiſtorico* attributa fuerit quam qua *Dionyſio Corinthio* abjudicata eſt,

quem

quem *Epice* ſcripſiſſe agnoſcebant *Critici*, ex profeſſo ἐποποιῶν. Cur tamen Λιθιακὰ noſtro *Corinthio Dionyſio* aſſignarentur, ſola fecit *ſtyli* elegantia *noſtræ Periegeſi* ſimilis; cum alioqui locum inter Scripta *Dionyſii Hiſtorici* haberent, ut modo didicimus ex *Euſtathio*. Sed *unicam* tantummodo ſupponebant, veteres etiam illi Critici, *Periegeſin Epicam*, quam etiam pro *norma* habebant, non quidem *aliarum Periegeſeôn metro* ligatarum, ſed *aliorum* de aliis Argumentis *Poëmatum*. Ut ſcilicet ea Auctori *noſtro* abjudicanda cenſerent, quæ *hujus* elegantiam non aſſequerentur; ea autem *admitterent*, quæ *ſtyli* nitorem præferrent, *hujus Operis* ſtylo non *indignum*, neque *degenerem*.

XVIII. Nec plures unquam fuiſſe innuunt *mediæ ætatis* Scriptores *Periegetas*, ſeu *metro* etiam conceptas *Periegeſes*. Mitto *juniores*. Hanc *ſolam Romanis* commendabant veteres *Paraphraſtæ*. Noſtræ *Periegeſeos* verba qualia *hodieque* leguntur v. 508. ſub nomine *Dionyſii Periegetæ* advocat *Conſtantinus Porphyrogeneta* lib. I. *Them.* XV. p. 45. Editionis *Meurſianæ*. V. 69. *Stephanus* voce Ἰβηρίαι, è *Dionyſio* ſine *Operis* nomine. V. 140. Auctor *Etym. Magn.* ſub ejuſdem nomine *Dionyſii*. V. 202. 203. è *Dionyſio Periegete* ejuſdem *Etym. Magn.* Auctor v. Αμπωτις. V. 219. partem idem Auctor v. Τέμπη, è *Dionyſio Periegete*. V. 239. ſimiliter partem v. Ολίζων. è *Dionyſio* rurſus *Periegete*. V. 282. *Stephanus* v. Ἰβηρίαι è *Dionyſio*. Similiter ſe habet v. 295. apud *Dionyſium* & *Etym. Magn.* v. Αλπος. V. 303. 304. *Steph.* v. Βαστάρναι è *Dionyſii Periegeſi*. V. 422. Auctor. *Etym. Magn.* v. Σαρωνίς. V. 430. *Steph.* v. Δωδώνη, è *Dionyſio*. V. 472. Auct. *Etym. Magn.* v. Πελωρίς, è *Dionyſio Periegete*. V. 496. *Stephanus* v. Χαλκὶς, è *Dionyſio Periegete*. V. 523. Auctor *Etym. Magn.* v. Ωγυγος, è *Dionyſio*. V. 500. 501. *Stephan.* v. Κάρπαθος, è *Dionyſio*. V. 289. 290. 291. 292. 293. Auctor *Etym. Magn.* v. Ηλιάδες, è *Dionyſio* in *Periegeſi*. V. 875. *Steph.* v. Ἀγχιάλη. V. 923. 924. 925. *Steph.* v. Ἀραβία, è *Dionyſio Periegete*. V. 1086. *Steph.* v. Γεδρωσία, è

Nec *pluſquam unici* Periegetæ *Epici* meminerunt *juniores*, qui *Dionyſii Periegetæ* teſtimonia advocant: nec *alterius* quam *noſtri*.

Dionyſio Periegete. In his locis tantus eſt locorum ab eis prolatorum cum *hodiernis Dionyſii* noſtri *Codicibus* conſenſus; ut dubitari vix poſſit, quin *noſtrum* habuerint omnes ob oculos *Dionyſium*, noſtramque quam habemus illius *Metricam Periegeſin*. Sic enim, ſub communi Περιηγήσεως nomine, *noſtram* deſignant *Periegeſin*, ut aliam aliquam Metricam, qualis noſtra eſt, Periegeſin ſibi nondum exploratam fuiſſe unà ſignificent, cum in *noſtrâ* loca ab illis prolata ipſiſſimis *verbis* comperiuntur. Inde, inter *tot* cognomines *Dionyſios certum* deſignant *Dionyſium*, qui *unius Operis* Auctor pluſquam *unicus* eſſe non potuit. quæ tamen Argumentatio feſelliſſet, ſi, ut *plures* erant *Poëtæ Dionyſii*, ſic *plura* fuiſſent *Poëmata Periegeſeôn* nominibus inſcripta, à *diverſis* invicem *Dionyſiis* exarata.

Loca nonnulla è *Dionyſio Periegeta* prolata, à *noſtro* Textu nonnihil *Variantia*. Sic tamen ut *alterius Dionyſii Periegetæ Poetæ* ſuſpicionem nullam moveant.

XIX. Sunt quidem fateor *alia* loca è *Dionyſii Periegeſi* petita, nonnihil ab *hodiernorum* noſtri Codicum *lectionibus* diſcrepantia. Sic tamen *diſcrepantia* ut *Originalium aliorum* ſuſpicionem nullam præbeant vel leviſſimam; *Codicibus* potius, vel *memoriæ* advocantium, ut videtur, imputanda. V. 215 *Nigretes* ἀγχίγυοι in hodiernis *Dionyſii* Codicibus appellantur, qui ἀγχίμαχοι in exemplaribus *Stephani* univerſis, teſte Cl. *Stephani* Editore, v. Νίγρητες. *Rem* vero magis, quam *verbum Dionyſii*, in animo habebat doctiſſimus *Nicandri Scholiaſtes*, cum *Nili* attributum Ἑπταπόρου v. 264. in Ἑπταστόμου mutat Schol. in *Theriac.* fol. 33. b. *Memoria* nempe lapſus, cum *verba* ipſa conſulere pigeret, vel carminis *partem* in medium adducere. Meliuſque in *hodierno* Textu *Dionyſii* legimus, Κεῖθι γὰρ εἰς ὀφίων σκολιὸν γένος ἠλλάξαντο, quam in prædicto *Nicandri Scholiaſte*, Κεῖθ' ὡς ib. fol. 48. *Reliqua* carminis pars utrobique eadem eſt. Manifeſtus præterea error eſt *Etymologici Magni* cum nomen Promontorii Siculi *Pelori* tam per ὁ μικρὸν quam per ὦ μέγα à noſtro ſcribi probat *Dionyſio*. Longæ vocalis uſum in ea voce recte probat, reſpondetque exemplum è v. 472. noſtri Auctoris accuratiſſime. Sed in brevioris vo-

calis

calis uſu non ita convenit. Sic enim *Dionyſii* verba repræſentat: Ἄκρα δὲ οἱ Παχυνὸς, Πελωρίς τε Λιβύη τε, quæ in *noſtri* Poëtæ Codicibus *rectius* habent, hunc in modum: Ἄκρα δὲ οἱ Παχυνός τε, Πελωρίς τε Λιλύβη τε v. 469. nec ullam *corripiendæ vocalis* vel *ſpeciem* exhibent. Verba *Stephani* v. Χρύση. ἔστι καὶ ἄλλη παρεσπασμένως λεγομένη νῆσος, ἣν οὕτω καλεῖ Διονύσιος διὰ τὸ χρυσοῦ ἔχειν μέταλλα, ſatis illa quidem apte cum *noſtri Dionyſii* ſententia conveniunt v. 589. Χρυσείην τοι νῆσον ἄγει πόρος. Sed cum *Periegeſeos nullius* ibi meminerit, nedum *Metricæ*, poterat *Grammaticum Dionyſium Tryphonis* filium *Stephanus* in animo habere; vel, ſi *Poëtæ* ea debuerit, Βασσαρικῶν Auctorem, qui de rebus à *Baccho* geſtis multa habuit *Geographica*, in quibus *hujus Inſulæ* mentio locum ſatis opportunum habere potuit.

Habet *Stephanus* locum ex *altero Dionyſio*, fortaſſe *Periegeta*; non tamen *Poeta Epico*.

XX. Eſt & alius locus è *Dionyſio* quodam *Geographo* à *Stephano* Ethnicographo prolatus, qui *alterius* cujuſdam, à noſtro, *Dionyſii* ſuſpicionem movere poſſit. Sic enim voce Ἰόπη *Stephanus* hodiernus; Ἰόπη πόλις Φοινίκης, πλησίον Ἰαμνίας, ὡς Φίλων· ὡς δὲ ὁ Διονύσιος, Παλαιστίνης. Φοινίκη γὰρ καὶ ἡ Παλαιστίνη. *Philo* ille vetus Auctor eſt qui ſcripſit de *Urbibus*, cujus Opus in *Epitomen* redegit *Serenus* quidam, neſcio an *Sammonicus*, noſtro fere *Dionyſio* coævus. Ut proinde *Dionyſio antiquiorem* fuiſſe oportet illum, quicunque demum is fuerit, cujus ſententiam à *Dionyſii* ſententia admodum diverſam refert hoc in loco *Stephanus*. Noſtri autem *Dionyſii* ſententia plane eadem eſt quæ *Philonis*. Civitates enim *mediterraneas Syriæ* tribuit, *maritimas* autem omnes *Phœniciæ*. Sic enim habet verbis diſertiſſimis, v. 905. Οἱ δ' ἁλὸς ἐγγὺς ἐόντες, ἐπωνυμίην Φοίνικες. In his v. 910. Ἰόπης nomen legimus. *Palæſtinæ* autem ne *meminit* quidem. Hæc ergò *Stephani* verba (ſi modo recte ſe habeant) de *alio* aliquo *Dionyſio* intelligi manifeſtum eſt, qui alios fecerit, quam noſter, *Provinciarum limites*. *Ligata* autem oratione ſcripſiſſe nihil eſt quo probetur; cum nec *verſum*, nec ſaltem *hemiſtichium*, illius protulerit *Stephanus*: qui mos illius eſt tam in noſtro, quam in *Baſſari-*

corum Auctore alio *Dionyſio*. Inde potius ſuſpicio eſt, *Proſaïcum* fuiſſe Auctorem, cujus non *verba* profert *Stephanus*, ſed tantummodo *ſententiam*. Proinde credibile eſt ex *alio* aliquo, qui *Orbis* Περιήγησιν ſcripſerit, *Dionyſio*, hæc à *Stephano* fuiſſe deſumpta, qui *ſoluta* oratione ſcripſerit. Fieri tamen poteſt ut ex *antiquiſſimo* emanârint *Dionyſio*, cujus quinque περὶ κτίσεων Libros memorat[1] *Scymnus Chius*, aliique. De *illis* nimirum *Urbibus*, quæ *coloniæ* vel *ipſæ* fuiſſent, vel in *alias Urbes* colonias *emiſiſſent*. Potuit enim in harum Urbium claſſe locum non incommode ſibi vendicare *Joppe*. Nondum ergo vel ex *hoc* exemplo colligere poſſumus plures *uno* fuiſſe, qui *Epicas* ſcripſerint *Periegeſes Orbis* univerſi, *Dionyſios*.

Teſtimonium *Dionyſii* apud *Tzetzem* de *Amazonibus* non erat *alterius* à noſtro *Dionyſii*, ut credebat Cl. *Joan. Gerardus Voſſius*.

XXI. Cæterum *Joanni Tzetzi* alium fuiſſe à noſtro *Dionyſium*, & quidem, qualis noſter eſt, *Poëtam*, credidit Cl. *Joannes Gerardus Voſſius*. Sic enim *noſter* de *Amazonibus*:

——— ἐκ γὰρ ἐκείνης
Ιφθίμης φιλότητος Αμαζονίδων ἐγένοντο
Τὼ ποτε Σαυρομάτῃσιν ἐπ' ἀνθρώποισι μίγησαν.

De hoc eodem *Argumento*, & quidem ex eodem nomine *Dionyſii*, ita *Tzetzes*. imo è *Poëmate* ſimiliter inſcripto, titulo Περιηγήσεως·

Καὶ τῶν Σαυρομάτων νόει μοι τὰς γυναῖκας,
Σκυθῶν καὶ Αμαζόνων δὲ γονῆς ἐκπεφυκυίας,
Ὥσπερ καὶ Διονύσιος φησὶ Περιηγήσει
Τῆς γάρ τοι φιλότητος Αμαζονίδων ἐγένοντο
Τὼ ποτε δὴ μίχθησαν ἐπ' ἀνδράσι Σαυρομάτῃσι.

Hîc *alium* ſe à noſtro *Dionyſium Periegetem*, & quidem *Metricum*, deprehendiſſe arbitratus eſt Vir doctiſſimus, quem etiam *Samium* fuiſſe credidit. Sed vero *Dionyſii Samii* Scripta minime ambigua à *noſtra* elegantia ita deficiebant, ut *proximis* ætati *Dionyſii noſtri Criticis* indigna plane viderentur, quæ *noſtro* Periegetæ tribuerentur, ut nos docet *Euſtathius*. Nec tamen eſt profecto cur *alium* à *noſtro* credamus fuiſſe *Dionyſium* illum *Tzetzianum Pe-*

1 *Scymn. Chius.* v. 115. 116.

riegetem. *Sententia* plane eadem eſt *utriuſque Dionyſii*: & *verba* quoque *pleraque* eadem, ut in veterum Ὁμηρόκέντροις & Παρωδίαις. Ita ſcilicet, ut, ſi alius aliuſque fuerint, eorum *alium* ex *alio* ſua deſcripſiſſe veriſimillimum ſit. Cur igitur dedita opera nonnulla mutaret, qui tot utrobique communia retinenda cenſuit?

XXII. Ego hujus *mutationis Auctorem* nullum fuiſſe credo *Dionyſium*, ſed ipſum *Tzetzem*, locum è *memoria* recitantem, vel *Politicis* ſuis verſibus carmina Auctoris ſui *Heroica* accommodantem, ne *Politicis* Carmina *Heroica mutila* immiſcerentur. Hoc ut vitaret, non erat ſane abſonum ſi *duos Dionyſii* noſtri cum *dimidio* verſus ipſe *duobus integris* complecteretur, *verbis* pleriſque *iiſdem*, & *ſententia* prorſus *eadem*, & verſus *genere Heroico* utrobique ſervato, ne *hiatum* aliquem admitterent *verſus* illius *Politici*. Paſſim ille Auctorum *Metricorum* verba *ſuis* interpolavit *Chiliadibus*. Vix tamen aliorum, quam qui Carmine ſcripſiſſent *Heroico*. *Memoriam* autem ſuam hoc Opere magna oſtentatione venditat, quo nomine ſe *omnibus*, quicunque fuiſſent, hominibus anteponit. Sic enim habet:

Verborum illa, quæ apud *Tzetzem* reperitur, exigua *mutatio*, non ipſi *Auctori* tribuenda eſt; ſed *Tzetzi memoriam* venditanti, vel verſus *ſui Dionyſii Heroicos* ſuis *Politicis* accommodanti.

[1] Οὐδὲ γὰρ μνημονέστερον τοῦ Τζέτζου θεὸς ἄλλον
Ἄνδρα τῶν πρίν τε, καὶ τῶν νῦν, ἐξέφηνεν ἐν βίῳ.

Hæc, ut puto, oſtentatio *memoriæ* his verſuum *Politicorum Chiliadibus* occaſionem dedit. Quo ſcilicet *Libros omnigenos* ſe legiſſe, & *memoria* tenuiſſe, Lectori ſuo demonſtraret:

[2] Οἶδας δὲ πάντως ἀκριβῶς πῶς πᾶσαν οἶδα βίβλον.

Proinde *Hiſtoriis* à ſe prolatis *Auctores* ſubjungit, quorum fidem ipſe fuiſſet ſecutus. *Verba* tamen Auctorum vix *aliorum* recenſet, præterquam eorum qui *Carminibus* ſua concepiſſent, præſertim *Heroicis*. *Memoriter* etiam, ut videtur, pleraque, nec conſultis *Libris*, quo *memoriæ* ſpecimen eſſet luculentius. Ἀβίβλον enim ſe fuiſſe, dum *Chi-*

1 Chil. I. Hiſt. 11. v. 277. 2 v. 275.

liades effunderet, aliquoties profitetur. Ita *Chiliad.* V. Hiſt. 50. v. 407. Hiſt. 53. v. 476. *Chil.* XI. Hiſt. 397. v. 13. *Chil.* VIII. Hiſt. 176. *Chil.* IX. Hiſt. 329. Manifeſtum eſt quò ſpectârit illa toties repetita profeſſio de penuria *Librorum*: nempe ad *memoriæ* vim, de qua tantopere gloriabatur, commendandam. *Carminum* vero *fragmenta* non adeo *memoriæ* ſuæ favere fatetur tantus memoriæ oſtentator: ut ne quidem *Lyricorum* breve variumque & abruptum dicendi genus facile in *memoriam* revocaret. Ita ſe excuſat à *Pindari Lyricis* Carminibus recitandis, *Chil.* III. Hiſt. 48.

Ὡς πȣ φησὶ Πίνδαρος, ἅπερ ȣ̓κ οἶδα λέγειν·
Τμήματα γὰρ ἐπῶν, καὶ φεύγει μȣ τὴν μνήμην.

Habet tamen ille, fateor, etiam è *Pindaro* fragmenta. Sed verbis *ſuis*, non ipſius *Pindari*: imo *alienioribus* à *dictione Pindari*, quam ſint illa quibus *Poëtæ noſtri* ſententiam expreſſit. Conferantur verba *Pindari* Olympionic. I. cum *Tzetzæ* verbis *Pindari* ſententiam referentibus *Chil.* VI. Hiſt. 86. quo loco agit de *Pelopis* humero à *Cerere* eſuriente devorato. Similiter etiam de *Centauris* ab *Ixione* è *nube* procreatis, *ſuis* ipſe *verbis* extulit, quæ *Pindarus* λυρικῷ πολυσυνθέτῳ μέτρῳ. *Pindari* locus eſt in *Pyth.* II. de quo *Tzetzes*, *Chil.* VII. Hiſt. 99. v. 20. Proinde non eſt cur miremur, ſi *Hemiſtichium* vitârit *Tzetzes*, ſenſu tamen Auctoris *ſalvo*, ipſiſque etiam, quà licuit, *verbis* in duo *integra Carmina* redáctis. Potuit hoc, *memoriæ* vitio, feciſſe, pro hac ipſius confeſſione. Nec enim deſunt apud eum, de *memoria* tantopere venditata, ingenuæ *querelæ*. vid. *Chil*, IX. Hiſt. 329. v. 362. Hiſt. 332. v. 415. Potuit *conſulto* deditaque opera feciſſe tantus oſtentator, quo promptitudinem ſuam, in *novis verſibus Heroicis* compingendis, è *verbis* etiam *Dionyſianis*, pro re *nata*, venditaret, qui tamen *heterogenei* verſus verſuum ſuorum *Politicorum ſeriem* minime perturbarent. *Conſulto* certe verba *Heſiodi* πλέον ἥμισυ παντὸς, à ſe quoque in *titulo* recitata, ipſe tamen, pro *Politici* carminis modo, ita mutavit, Τὸ ἥμισυ ἐστὶ τȣ̃ ὁλοκλήρȣ πλέον. Chil. VII. Hiſt. 124. v. 237. Et *alia*

quoque

quoque *Heſiodi* verba in verſus *Politicos* tranſlata legimus *Chil.* IX. Hiſt. 282. *Conſulto* item *Homeri* verba mutat *Chil.* VIII. Hiſt. 175. Retenta nihilominus ea ipſa, quam repræſentaverat *Homerus* ipſe, *Perſona*. *Mutilati* certe *carminis* rationem, ſi quidem fuiſſet *ſola*, ſatis facile concoquere ipſe potuit. Sic enim *Staſini* vetuſtiſſimi Poëtæ *Epici* carmen *mutilum* cum ſuis conjunxit Carminis *Politici* modis, *Chil.* II. v. 711. ſi quidem fides *hodiernis* illius *Codicibus* :

Ηρωϊκοῖς ἐν ἔπεσι λέγων· Αἶψα δὲ Λυγκεὺς
Τηΰγετον προσέβαινε ποσὶ ταχέεσσι πεποιθώς.
Ακρότατον δ' ἀναβὰς διεδέρκετο νῆσον ἅπασαν
Ταντάλιδου Πέλοπος· τάχα δ' εἴσιδεν ὄβριμος ἥρως
Δεινοῖς ὀφθαλμοῖσιν, ἔσω δρυὸς ἄμφω κοίλης
Κάστορα δ' ἱππόδαμον, καὶ ἀεθλοφόρον Πολυδεύκεα.

Sed, quò verſus *primi* metri *Heroici* numeri melius conſtarent, ita potius arbitrarer ſcripſiſſe *Tzetzen*, ſecunda tamen ſyllaba, *metri* cauſa, *correpta* : Ηρωϊκοῖς ἐν ἔπεσι [vel ἐπέεσσι] λέγων· Αἰψηρὰ δὲ Λυγκεὺς &c. Idem enim valet Αἰψηρὰ quod Αἶψα. *Heſychius* : Αἰψηρὰ, ταχέα, κοῦφα. Vox *Ionica* eſt pro Λαιψηρὰ, uti monent *Grammatici*. Ita ſuum quoque *Hemiſtichium Epicum* fecerit, non, pro *more* ſuo, *Politicum*; quò melius cum *Staſini*, cum quo committitur, *Hemiſtichio* conveniret, ſimiliter *Epico*. Incommodum enim erat, ſi *Hemiſtichiorum* cauſſa, ſuis *Politicis* carminibus *immiſſorum*, ſua quoque mutanda eſſent *Hemiſtichia*. Et vice verſa *monſtroſum*, ſi *unus* idemque verſus, pro *diverſorum* verſuum *legibus*, pedes haberet uni eidemque *Carminis generi* minime convenientes. Noluit ergo ut *frequenter* occurrerent, cum levi mutatione *Hemiſtichia* mutari poſſent, redacta ad *verſus integros* Auctoris *ſententia*. Nulla ergo prorſus eſt ratio, cur, è tam levi *verborum Dionyſianorum* mutatione, *alium* fuiſſe *Tzetzi* ob oculos *Dionyſium*, cum viro admodum docto colligamus, ab *eo* de quo loquimur *Poëta Dionyſio*. Credi certe vix poteſt, quin, ſi *alium* ipſe obſervâſſet *vetuſtioribus* incognitum *Poëtam*

1 *Euſtath.* in *Homerum*.

Periegetem

Periegetem eodem nomine *Dionyſium*, hoc nomine gloriaturus fuerit *Chiliadum* Scriptor, tam avidus *ſuorum præconiorum* ebuccinator. Nec viciſſim veriſimile eſt *noſtrum Dionyſium Joanni Tzetzi* non *innotuiſſe*; quem, è locis modo memoratis, probavimus, non modo apud *coævos Tzetzæ* Auctores, ſed apud *alios* quoque *Tzetze* multis Sæculis *antiquiores*, fuiſſe celebratiſſimum. Contra vero *Periegetæ Dionyſii Epici* Poëtæ, pluſquam *unius* ſibi explorati, nulla eſt apud *Tzetzem* vel leviſſima *ſuſpicio*. Imo *noſtrum* certe in animo habebat *Dionyſium*, cum *Cadmi Harmoniæque tumulos* invicem *collidere* fabulatur hic ipſe *Tzetzes*, in malorum *Illyriis* impendentium *præſagium*: Ταύτην, inquit, ὁ Διονύσιος γράφει τὴν ἱστορίαν. *Chil.* IV. Hiſt. 139. v. 399. Sic enim *noſter* v. 395. quanquam *verba* ejus recitare non libuerit, quod in aliis, etiam Poëtis, ſæpe neglexit. Qui *verba* hoc in loco penitus *neglexit*, non eſt ſane cur miremur, ſi *verba* alio, quam *Dionyſius*, ordine *diſpoſuerit*.

Verba *Stephani* de Urbe *Emiſena* deſunt quidem in *hodiernis* Dionyſii *noſtri* Codicibus; non autem in illis *vetuſtioribus*, quibus uſus eſt *Rufus Feſtus Avienus*.

XXIII. Supereſt jam locus *Stephani* Ethnicographi è *Dionyſio*, quem tamen non Περιηγητὴν, ſed Ποιητὴν, appellant *Stephani* Codices *hodierni*. Sic autem habet: Τῆς δὲ πρὸς ἀντολίην Ἐμίσων πόλις. *Verba* quidem *prima* in *noſtro* legimus *Dionyſio* v. 919. Deeſt autem *Emiſorum* mentio in Codicibus *hodiernis*, ut opinor, *omnibus*: imo in Codicibus *vetuſtioribus*, non *Euſtathii* tantummodo, verum etiam *Priſciani*. Si quidem hinc colligere liceret alium fuiſſe, qui *Stephano* innotuerit, *Dionyſium Poëtam* à *noſtro Periegeta*, de *Dionyſio Boſporicorum* Auctore facile intelligi potuiſſe cenſerem, non de *Poëta alio cognomine Dionyſio* minime *Periegeta*. Scripſit Auctor ille *Baſſaricorum Bacchi* in Orientem Expeditionem, in qua locum habere potuit Urbs *Emiſena*. Sed vox Ποιητὴς hoc in loco *Stephani* admodum ſuſpecta eſt, quæ nunquam *alibi* occurrit in *Stephano*, quod quidem ſciam: ne quidem cum de *Baſſaricorum* Auctore ſermo eſt, vere *Poëta*. Crediderim potius è *Librarii*

è *Librarii* compendio natam, ſcribentis Πτῆς; non tamen Ποιητῆς intelligentis, ſed Περιηγητῆς. quæ forma apud *Stephanum* frequentiſſima eſt, cum *noſtrum* intelligit *Dionyſium*. Nec tamen *Periegetas Poëtas* uno *plures* unquam fuiſſe innuit, ut de *alio* intelligi poſſit, præterquam de *noſtro Dionyſio*. Recte ergo *eam* quoque lectionem ex antiquis [1] *noſtri Dionyſii* Codicibus emanâſſe putavit Cl. *Salmaſius*: ſuffragante nimirum vetuſtiſſimo *noſtri Dionyſii* Paraphraſte *Feſto Avieno*. Ex illo enim intelligimus, magnam hoc in loco *lacunam* eſſe, cujus tamen veſtigia *nulla* in *hodiernis* comparent *Dionyſii* codicibus; & in ea *lacuna* Urbis *Emiſenæ* mentionem fuiſſe, cum aliis quoque obſervatu digniſſimis. Sic ergo v. 919. legendum cenſuit:

Τῆς δὲ πρὸς ἀντολίην Εμίσων πόλιν ————
———— κατασύρεται ὑγρὸς Ορόντης.

Sic autem illam *multorum* verſuum *lacunam* ſupplet *Feſtus* [2] *Avienus*:

Et qua Phœbeam procul incunabula lucem
Prima fovent, [[3] *Emeſæ faſtigia, celſa* [4] *renident.*
Nam diffuſa ſolo latus explicat, ac ſubit auras
Turribus in cœlum nitentibus. Incola claris
Cor ſtudiis acuit. * [5] *amplius imbuit ordo.*
Denique flammicomo devoti pectora Soli
Vitam agitant. Libanus frondoſa cacumina turget.
Et tamen his certant celſi faſtigia Templi.]
Hic ſe indit juxta tellurem glaucus Orontes.

Convenit porro accuratiſſime cum conſilio *Stephani* hæc hujus loci *interpolatio*: ex qua intelligimus *noſtrum* Poëtam *Stephano* in *eo* quoque *Auctorem* fuiſſe, cur civitatem *Emiſenam Phœniciæ Libaneſiæ* tribuerit Ethnicographus. Proinde *Poëtam noſtrum* ita *interpolatum* uſurpavit ipſe *Stephanus*. Certo autem, ut videtur, *conſilio* ad hujus Urbis mentionem delapſus eſt *Auctor*, ut *Templum* ibi in ho-

1 Ad Vopiſc. Aurelian. c. 25. 2. Ex Edit. *Pithœi*, ſed emendat. 3 *Emeſus* Pith. 4 *Renidet*. Pith. cod. 5 *Ampliſſimus imbuit ordo* fortaſſe. Si quidem *Senatorii ordinis* viros *cives* habuerit; vel *Præfectum*, ſub patrono *Elagabalo*.

norem *Solis* encomio celebraret. Hoc *Templum* idem fuit quod *Elagabalo*, qui idem erat cum *Sole* numen, dicatum, ſummo in honore habebat impurus *Imperator Elagabalus*, à quo etiam ipſe *nomen* accepit *Elagabali*, ut numinis illius *Sacerdos*, ejuſque *Perſonam* repræſentans. Sic enim *Jovis Perſonam* egiſſe cenſebatur *Diocletianus*, cum etiam *Sacerdotem Jovis* ageret apud *Antiochenos*, ut ex his *Orientalium* Traditionibus refert *Malela*. Et *Dei* veri *Perſonam* repræſentaſſe fertur *Jaddus* Summus *Judæorum* Pontifex *Alexandro* Magno, ſi quidem *Joſepho* fides. Idem enim de ſuo quoque Pontifice Summo *Ezekia Schiſmatico* tradunt *Samaritani*. Non certe alibi quam *Emeſæ* quærendum illud fuiſſe Templum docent verba *Vopiſci* in *Aureliano*: *Emeſam* (inquit) *victor ingreſſus eſt, ac ſtatim ad Templum Heliogabali tetendit, quaſi communi officio vota ſoluturus*. c. 25. Et *Soli* Templum illud ſacrum fuiſſe indicant verba *ſequentia*, oſtenduntque omnes qui de *Deo* agunt *Imperatoris Elagabali*. Inde ipſe *Antoninus* ἐξ Ἐμίσων εἰς τὴν Συρίαν ἀφικόμενος *Porphyrio* dicitur in Fragmento de *Styge*, ut ab aliis internoſceretur *Antoninis*. Inde etiam conſobrinus *Alexander*, & utriuſque matres, & avia etiam *Mæſa Juliæ Auguſtæ ſoror*, à quibus cultus *Elagabali* ad *Romanos* emanaſſe videtur, ut ex Inſcriptionibus ſub *Severo* colligitur, cui nupſit *Julia*. Hæc obſervavit ad prædictum *Vopiſci* locum Cl. *Salmaſius*.

Ex hac *Dionyſii*, quam debemus *Avieno*, interpolatione, Poëtam noſtrum ſub *Elagabalo* ſcripſiſſe colligimus.

XXIV. Non item illud, hinc aliam nos lucrare notam *Temporis* quo vixerit ſcripſeritque *Poëta* noſter, noſtris, quas modo dedimus, rationibus plane conſentaneam. Hinc enim certe colligimus, *poſtea* ſcripſiſſe *Dionyſium* quam *Templum* illud celebre reddiderat *Elagabalus*. Nec tamen ante *exitum* illius Imperatoris, cujus gratiam captabat, illa ipſa *Templi*, cujus Princeps ipſe ſtudioſiſſimus erat, *mentione*. Nec enim veriſimile eſt, poſt *damnatam Elagabali memoriam*, tituliſque ignominioſiſſimis *Tiberini*, *Trajectitii*, *Aſſyrii*, *Sardanapali*, & *Impuri* oneratam, ita noſtrum ei *gratificaturum*. Revixit

vixit quidem, poſtea Templi illius honor ſub *Aureliano*, qui *alia* quoque Templa in ejuſdem *numinis* honorem ſtruxit, tam *ibi*, quam etiam *Romæ*. Sed unicum memorat *Solis* Templum *noſter*, quem *Aureliani* Imperium non attigiſſe *aliæ* quoque notæ vincunt. Nec ſane ad ætatem Paraphraſtæ *Avieni*, (qui ſub *Chriſtianis* vixit ſcripſitque *Principibus*) ſed *Poëtæ* potius ipſius, ſpectat hæc obſervatio. Non me tamen fugit, ipſo quoque *illo* tempore magno in honore apud Gentiles fuiſſe *Solem*. Encomio illum celebravit ex profeſſo *Chriſtiani* cultus deſertor *Julianus* Imperator. Ad *illum* Deos pleroſque retulit, præſertim *maſculos*, *Macrobius*: & quidem in Perſona hujus *Avieni*. Tum quoque *Templum* etiamnum ſuperfuiſſe veriſimile eſt, cui *ſuum* quoque patrocinium addiderat *Aurelianus*: necdum *dirutis* Gentilium Templis. quod factum poſtea à Præfecto Prætorii *Cynegio*, Imperante *Theodoſio*. Erant autem & *gentes* aliæ cultu eodem *Solis* infames. Eum colebant *Arabes*, teſte *Strabone* lib. XVI. Nec *alium* quemque *præter* eum *Deum* agnoſcebant *Maſſagetæ*, eodem teſte lib. XI. Nec deerant eidem Numini addictæ *Urbes*, ab eodem cultu *Heliopoleôn* cognomine inſignitæ: duæ vero præſertim præ cæteris illuſtres; in *Ægypto* alia, alia in ipſa *Syria*, nec adeo longo *ſpatio* ab *Emeſa* diſſita. Cur non *illam* potius, quæ *Solis* cultum in ipſo nomine venditabat, hoc nomine celebraret Auctor, niſi *Principis Sacerdotis* cauſſa, qui illi laudem addiderat *ſingularem*, nec cum *aliis* communem? Erat præterea *Jovis Olympii* cultus *Antiochiæ*: & quidem talis, ut illius *Sacerdotem* ſe profeſſus fuerit, *Perſonamque* ejus egerit, cum *purpuram* deponeret *Diocletianus* Imperator, ſi quidem fides *Malelæ*. Erat & in *Antiochiæ* Suburbio *Daphnetico* ædes *Apollinis* celeberrima, *Juliani* Principis Apoſtatæ Superſtitione inſignis; *Avieno* potius laudanda, ſi quidem *Juliani* cauſâ hæc Auctori ſuo interpolâſſet, cum & *Elagabalum* alii cum *Jove*, cum *Sole* alii, qui idem erat cum *Apolline*, eundem facerent. *Utrovis* ergo *nomine* Numen *Principis*, ſub quo *ipſe* vixit, gratius fuiſſet *Avieno* in ipſa ſaltem *di-*

tione Urbis *Antiochenæ*. Proinde *Elagabalo* potius Auctorem *Periegeſeos* noſtræ *Elagabalo* coævum adulatum, in hac hujus *Templi* mentione, veriſimilius eſt. Conveniunt & aliæ quoque notæ. Suppetebant Poëtæ noſtro, ſub hoc *Elagabali* Imperio, plures uno ἄνακτες· Ipſe nimirum *Elagabalus* cum *Alexandro Severo*. Nec abſurde convenit, ſi quidem idem fuerit cum *Dionyſio Corinthio Dionyſius Rhodius Muſonii* filius, quem etiam *Periegeſin* οἰκουμένης ſcripſiſſe teſtatur *Suidas*. Erat enim *Solis*, apud ſuos cives *Rhodios* culti, *Sacerdos* ille *Dionyſius*. Ut non ſit proinde quod miremur, ſi *Numinis* ſui in *Templo Emiſſeno* culti laudandi anſam avidius captârit: præſertim *Principi* novi Templi *Sacerdoti* rem gratiſſimam eo encomio facturus. Nec tamen eſt cur propterea à *Corinthio*, ſi quidem *alius* fuerit, *Dionyſio* diſcedamus. Patria enim illius civitas *Corinthus* vetuſtiſſimo nomine Ἡλιούπολις appellabatur. Ita *Stephanus*: Καὶ ἡ Κόρινθος Ἡλιούπολις ἐλέγετο. voce Ἡλιούπολις. Propterea, ut videtur, quod fuerit olim cultui *Solis* addictiſſima. Videmus porro, tot *mediæ* ætatis teſtimoniis, quanta fuerit Poëtæ noſtri Auctoritas apud *juniores* ſeſe, tam *Geographos*, quam *Criticos*. Nec tamen ulla illius *mentio* occurrit in Auctoribus hac *Elagabali* Epocha *antiquioribus*. Non in *Strabone* qui ſcripſit ſub *Tiberio*, poſt *Dionyſium Plinianum*. Non in *Mela*, ſub *Claudio*. Non in ipſo *Plinio*, ſub *Veſpaſiano*. Perperam, ni fallor, locum *Plinii* N. Hiſt. IV. 12. de noſtro intellexit *Dionyſio* Cl. *Cellarius*. *Eubœæ* nomen antiquum *Macridem* fuiſſe teſtatur ibi *Plinius*: ut *Dionyſius* (inquit) & *Ephorus* tradunt. Quæ *noſtro* quoque *Dionyſio Macris* eſt v. 520. Non tamen *Macris* tantummodo, ſed *Abantias*. Atqui *Abantiadis* appellationis, de ea *Inſula* uſurpatæ, *alium* teſtem advocat ibidem *Plinius Menechmum*, *Euſtratius Callimachum*. Inde facile intelligimus *Abantiadis* nomen à *Pliniano Dionyſio* non fuiſſe uſurpatum. Vix ergo eſt cur dubitemus quin ille, quem cum *Ephoro* conjungit *Plinius*, imo illi *anteponit*, antiquiſſimus fuerit *Dionyſius*, vel *Mileſius* vel *Chalcidenſis*, à *noſtro* plane *alius*. Sed nec in

Pauſania

Pauſania noſtrum legimus *Dionyſium*, nec in *Athenæo*, nec in *Martiano Capella*, nec *Solino*; nec in *minoribus Geographis Græcis*, quorum *ætas* hac *Elagabali* ætate *multo* antiquior eſſe ne quidem *potuit*. Si tamen recte noſtra hæc procedat Argumentatio, in annum Æræ noſtræ *Chriſtianæ* CCXXI. vel. CCXXII. incidet noſtrum hoc Poëma. Anno enim CCXXI°. *exeunte*, ut videtur, *collegam* ſibi in *Imperio* conſanguineum ſuum *Alexandrum* coactus à militibus adſcivit *Elagabalus*, uti etiam in *ſequentis* anni *Conſulatu*. Sic tamen ut *mox* illum facti *pænituerit*, & menſe anni ſequentis *Martio* ipſe perierit. Nomen certe *Hunnorum* in hoc noſtro Auctore primò occurrit, ut opinor, v. 730. Sed in *priſcis* ad mare *Caſpium* ſedibus: quo loco *Vintios* vel *Vitios* ponebat *Strabo*, nondum notiori, apud poſteros, *Hunnorum* nomine inſignitos, proximo tamen, à *Dionyſio*, Seculo, hoc ipſo *nomine* notiſſimos. Ut proinde mirum ſit, *Hunnorum* mentionem ab utroque *Paraphraſte*, illo Poëtæ noſtri loco, fuiſſe prætermiſſam.

XXV. Non me quidem fugit, magna uſos *licentia* Paraphraſtas hoſce in *ſententia* Auctoris ſui repræſentanda. *Priſcianus* illum Hiſtoriis è *Solino* petitis interpolavit. Rebus nimirum ad *Hiſtoriam* regionis cujuſque *Naturalibus* pertinentibus. Nec tamen ſine Poëtæ ipſius *exemplo*, qui rariores Provinciarum *mercimonias* etiam ipſe obſervavit. Ideone hæc in ſuis *Dionyſii* Codicibus reperiſſe credemus *Priſcianum*? Sed *Solini* nuſpiam meminit *Dionyſius*, qui tamen *Solino*, pro his noſtris rationibus, paulo *ſenior*, ex iiſdem haurire potuit *Auctoribus* è quibus ipſe *Solinus*, quem Nos *Alexandri* Imperatoris in *Perſas* victoriis juniorem alibi [1] probavimus. Sed nonnulla ex induſtria ſcientem prudentemque mutaviſſe certiſſimum eſt. Ita quæ *Poëta Ethnicus* de *Muſis* aliquoties advocandis immiſcet, ad verum *Deum* tranſtulit *Priſcianus* Grammaticus *Chriſtianus*. Deſunt præterea horum exemplorum pleraque apud

Magna quidem *licentia* uſi ſunt *Dionyſii Paraphraſta* veteres. Hoc tamen in loco probabile eſt, ea quæ *addidit* in *coævo* ſibi Poëtæ *Textu* reperiſſe *Avienum*.

1 Diſſ. II. de *Iſidor. Charac.* Vol. II. Geograph. *Hudſonianorum*.

Feſtum

Feſtum quoque *Avienum*, *Gentilem* licet, pariter ac ipſe fuit *Dionyſius*, qui etiam ipſe ſæpe ſua aliunde hauſta Poëtæ ſuo inſeruit. Ita factum ut quæ ipſi in *coævis* legerint *Dionyſii* Codicibus, quæque ipſi propriis ſuis Paraphraſibus inſperſerint, non facile internoſca[illegible] Nec enim *addunt* tantummodo, *Textumque* Auctoris qui *locupletiorem* faciunt, propriis ſuis *aliunde* arceſſitis appendicibus; ſed *mutilant* etiam truncatumque repræſentant, *prætermiſſis* quæ in *Græco* Auctoris ſui Textu *hodieque* reperiuntur. Paſſim *utriuſque* generis exempla reperiet, qui utrumque *Paraphraſtem* cum Poëtæ *verbis* conferre dignabitur. Cum tamen alteri *Græca* hodierna favent, non erit ut propterea pro *Suſpectis* habeamus, quod ab altero *prætermittantur*. V.197. de *Byrſa Carthaginis*, à *corio bovis* dimenſa, deeſt apud *Avienum* integer. In *Priſciano* legitur *auctior*, quam in ipſo Auctoris *Textu* hodierno:

Quà regnans felix Dido per ſæcula vixit,
Atque pudicitiam non perdit carmine falſo.

Perſtringitur hic *Virgilius* de imminuta *Didonis pudicitia*: quod ſatis apte locum habere potuit apud ipſum *Dionyſium*, *Virgilio* certe *juniorem*. De *Templo Serapidis* quæ v.255. obſervavit *Dionyſius*, neglexit *Priſcianus*, non tamen omiſit *Avienus*. Contra v. 263. &c. *Dionyſii* ſententiam ſervavit *Priſcianus*, non item *Avienus*. Similiter factum in v. 269. & v. 869. 870. &c. de *Pegaſi* ταρσῷ, unde *Tarſus*, Apoſtoli patria, nomen traxerit, ſervavit *Avienus*, quæ in *Priſciano* deſiderantur. His certe aliiſque hujuſmodi in locis pro eo *Paraphraſte* ſententia ferenda eſt, cui patrocinium adhibent *Græca* Auctoris *Originalia*. Et habemus, in hac ipſa *Emiſæ* mentione, & loco quo occurrit, ſuffragantes *Codices*, ſi minus *hodiernos*, at ſaltem *antiquiores* illos quos vidit *Ethnicographus*. Codicibus ſane minime imputandas eſſe *pleraſque* horum *Paraphraſtarum* ab Auctore *diverſitates* facile colligimus. *Græci* Auctoris non *verba* tantummodo, verumetiam *ſententiam*, ſæpe prætermittunt, & in ea prætermiſſione ſibi invicem *conſentiunt*, cum tamen *Græci* Textus integritas ad *Nos* uſque dimanârit,

nârit, ne quidem locis ab utroque *neglectis mutilati.* Videl. v. 341. & 346. *conſentientibus* in hac *Græci* Textus integritate, qui ad noſtra tempora permanârunt, *Codicibus.* Et la[illegible] *perſonam Gentilem* in *Chriſtianam* mutavit, pro ſuo pla[illegible] arbitratu, *Priſcianus.* Eo ſpectat, quod, quæ ad *Syro-Phœnices Arabia* oriundos retulerat Poëta, *Priſcianus ad Chaldæos* retulerit, à quibus ortum duxerat *Abrahamus.* Sic enim ille v. 846.

Chaldæo nimium decoratam ſanguine gentem:
Arcaniſque Dei celebratam Legibus unam.
Qui pelagus primi tentantes navibus altis,
Disjunctas gentes docuerunt jungere mercem:
Et primi ſtellis numeros nomenque dedere,
Atque oculis (mirum) voces ſentire figuris.

Quod ſcilicet *Aſtrologiæ* nomine, etiam apud *Ethnicos*, celebre fuerit nomen *Patriarchæ.* Quanquam enim *utrumque* Poëtæ *noſtro* ſua debuiſſe manifeſtum ſit, neuter tamen *illum* Auctorem agnoſcit. *Priſciani* titulus ſibi *Periegeſin* ipſam vendicat. *Avienus*, *Græcæ* vocis *δύναμιν* per *Deſcriptionem Orbis Terræ* interpretatus, *ſuo* tamen *nomine*, non *Dionyſii*, inſcripſit. In *Ora Maritima* Auctores recenſet unde ſua hauſerit, *Poëta* noſtro *vetuſtiores.* Noſtrum ſcilicet indignum, *ætatis* cauſſa, cenſens, qui *vetuſtiſſimis* accenſeretur. *Obiter* enim *aliudque agens* memorat, & quidem merito; quippe per quem, in *hoc* etiam *Opere*, profecerat. Ita *Dionyſio* fraudem nullam fieri exiſtimare poterant, ſi congeriem, ex illo, maxima quidem ex parte, collectam, *novis* ſuis atque *aliunde* hauſtis obſervationibus locupletarent. Sic tamen *Stephanus* fidem faciet, *non* alienam eſſe à *ſententia Dionyſii* hanc, quam debemus *Feſto Avieno*, interpolationem.

XXVI. Sunt autem certe, hoc in loco, *Argumenta* quæ ſuſpicionem moveant de Poëtæ noſtri *Textu luxato*, imo etiam *mutilato.* Sic hodie legitur: v. 916.

Hoc certè in loco *Textus mutilati* indicia habemus, niſi ſuppleatur additamentis *Avieni.*

—————— ἱερὰ Τέμπεα Δάφνης,
Ἤχι περ Ἀντιόχοιο ὁμώνυμος Ἀντιόχεια.

Αὐτὰρ

Αὐτὰρ ἐνὶ μέσσῃσιν Ἀπαμείης πτολίεθρον.
Τῆς δὲ πρὸς ἀντολίην κατασύρεται ὑγρὸς Ὀρόντης,
Ἄσπετος, Ἀντιόχοιο μέσην διὰ γαῖαν ὀρίζων.

V. 918. *Aſteriſco* ſignatum obſervavit in MS. *Oxonienſi Baroccian.* n. 78. Cl. *Hearnius.* In MS. *Laudenſi*, C. 3. non ſolum v. 918. verumetiam quinque ſequentes ad *marginem* adſcriptos, *eadem* quidem *manu*, ſed characteribus *minuſculis* idem obſervavit. In MS. NE. E. 2. 16. v. etiam 917. in *margine* quidem ſcriptum haberi, ſed *manu recentiori*. Hæc prædictus noſter Amicus. Quæ certe in tam *paucis* verſibus *tanta diverſitas* fieri vix poteſt quin è *Codicum* diverſitate emanârit. *Syriam* hoc in loco deſcripſit Poëta, quæ & *Cava* & *Syro-Phœnicia* appellabatur, cujus *Metropolis* erat hæc *Antiochia*, quæ ἐπὶ Δάφνης audire ſolebat, ut ab *aliis*, *Antiochiæ* nomine eodem, Urbibus internoſceretur. Et in ea ipſa Provincia *Septentrionalem* plagam hic deſcribit, quà deſinebat *Syro-Phœnicia*, & ad oram etiam *maritimam* ipſa *Syria* porrigebatur, quæ *Cavæ* nomine cenſebatur, non jam amplius in *maritimis Phœnicia*, *Syria* autem in partibus tantummodo *Mediterraneis*. Hanc *Syriæ Cavæ* partem *Septentrionalem* per fluvii *Orontis* ductum arceſſit ab *oſtio* fluvii, quà in *mare* decurrebat, ad *ortum* fluvii ejuſdem ad *Emiſam*, quæ à *Solis* cultu *Heliopolis* fuerit etiam appellata. Hæc ſi meminerimus, longe melius cohærebunt prædicta carmina ſi hunc in modum tranſponantur, origine paulo altius repetita: v. 915.

Λαοδίκην θ' ἣ κεῖται ἐπ' ἠϊόνεσσι θαλάσσης,
Καὶ Ποσιδήϊα ἔργα, καὶ ἱερὰ τέμπεα Δάφνης,
Τῆς δὲ πρὸς ἀντολίην Ἐμίσων πόλιν . . . . . .
. . . .
. . . . κατασύρεται ὑγρὸς Ὀρόντης
Ἧχι περ Ἀντιόχοιο ἐπώνυμος Ἀντιόχεια,
Ἄσπετος, Ἀντιόχοιο μέσην διὰ γαῖαν ὀρίζων.
Αὐτὰρ, ἐνὶ μέσσῃσιν, Ἀπαμείης πτολίεθρον.

Sic fuerit *maritima Laodice*, nec tamen in *Phœnicia* ſita, ſed in *Syria Cava*, cujus *Metropolis* hæc fuerit *Antiochia*. Proxima illi *continentem* verſus Urbs *Poſidium*. Tum interior

terior *Daphne* hujus *Antiochiæ ſuburbana*, quinque milliarium intervallo ab ea diſſita. Hæc fluvii *finem* verſus *Occidentem* ſpectabant. Inde ad *ortum* fluvii progreditur ad *Emiſam*, quam & *Heliopolin* appellatam diximus. Sic enim Plinius: *At in ora* [Caſii Montis] *amnis Orontes, natus inter Libanum & Antilibanum, juxta Heliopolim.* Nat. Hiſt. V. 22. Hæc *Syriæ Cavæ* propriiſſime ſic dictæ fuerit, *media* inter montes *Libanum* & *Antilibanum* & *Caſium Septentrionalem*. Nomen tamen *Cavæ* ad montem *Caſium Meridionalem* in finibus *Ægypti* profert Poëta noſter, idque rectius. Meliuſque noſtræ conveniet *Emiſæ* ſitus hic, quam eandem *Heliopolim* appellatam cenſemus, quam *Emiſæ Plinianæ* V. 26. ultra *Palmyram* ſitæ, vel etiam *longius* diſſitæ *Heliopoli Ptolemaïcæ*. Convenit autem deſcriptio *Heliopoleos*, quam tamen *Phœniciæ* tribuit *Theodoretus* Eccl. Hiſt. lib. IV. c. 22. cum noſtra hac *Feſti Avieni Emiſa*. Ὄρη κύκλῳ πανταχόθεν οὐρανῶν προσπελάζοντα memorat *Theodoretus*. Et *Libani frondoſa cacumina* habet, cum quibus *celſi faſtigia Templi* certare narrat *Avienus*. Tenemus ergo *intervalli*, quà hic decurrit fluvius, *extrema*. Ut ſcilicet *Emisâ* oriundus per *mediam* decurrerit *Antiochiam*, μέσην διὰ γαῖαν ὀείζων. *Tmeſi* eleganti pro μέσην γαῖαν διοείζων. Sic item Plinius: *Intus ipſa Antiochia libera, Epidaphnes cognominata, Oronte amne dividitur.* lib. V. c. 21. Et quidem ἀπ' ἀνατολῶν τοῦ Ὀρόντου ποταμοῦ *Emiſam* ſuam ponit *Ptolemæus*, quam Ἀπαμήνης Urbibus accenſet. Recte ergo *Apamia* ipſa *media* ſtatuitur à *Dionyſio* inter *Antiochiam* & *Emiſam*; ita ut plagam *Orientalem*, *Antiochiæ Epidaphnes* reſpectu, tenuerit *Emiſa*. Et per *Apamenam* regionem fluvium hunc decurriſſe agnoſcit hunc ipſum in locum *Euſtathius*, & ante *Euſtathium* melior *Euſtathio* Auctor *Strabo*. Agnovit etiam *Rufus Feſtus Avienus*. Et quidem eo quo debebat loco, poſt *Orontis* mentionem. His nimirum verbis: v. 1092.

Nec procul Antiochi vagus interlabitur urbem
Præſtringitque undis Apamenæ jugera glebæ.

Sic *Daphnes* vel *Antiochiæ Orientem* tenuerit Urbs *Emiſena*,

ſena, inter quam Urbemque *Antiochenam media* fuerit Civitas *Apamena*: quæ ſane omnia veriſſima ſunt. Nec tamen diffiteor, *ſuperiori* etiam loco minus opportuno Urbis *Apamenæ* meminiſſe non *Feſtum* tantummodo *Avienum*, verumetiam *Priſcianum*: non alia, ut videtur, de cauſſa, quam quod illum illius ſitum in *coævis* ſibi *Codicibus* repererint. Sed *duplicis* profectò mentionis nullum eſt, ſeu in *antiquis*, ſeu in hodiernis *Dionyſii Codicibus*, veſtigium. *Hunc* ergo *locum* aptiorem credidit *Avienus* ipſe, ut tum demum Urbs *media* memoraretur, cum *Extremarum* Urbium mentio in *præcedentibus* occurriſſet. Sic enim fore, ut *quarum* Urbium reſpectu *mediam* appellaſſet *Dionyſius*, *Lector* exploratum haberet. Eadem prorſus, quà & Nos, ſententia. Uti etiam in eo, quod *mediam* illam fecerit inter *Daphnem* & *Emiſam*. Lectio autem *recepta* inter *Daphnem* vel *Antiochiam* & *Orontem* fluvium (non *urbem* aliquam in *Oronte* ſitam) *mediam* ſtatuit *Apamiam*. Et quidem ita *mediam*, ut nec *dividere* eam cenſeretur *Orontes*, nec alia quam *Orientali* Apamiæ plaga *Urbem*. ipſam *Apamenam* flumen attigerit. Sed *Cherroneſus* erat *Apamia*, & quidem ita, ut talem eam fecerit, non *lacus* tantummodo magnus, verumetiam *fluvius*. In colle ſita, ὃν ποιεῖ χεῤῥονησίζοντα ὁ Ὀρόντης, καὶ λίμνη περικειμένη μεγάλη. Sic de *Urbe*, [1] Geographorum princeps. De *regione Apamena* ita: δι᾽ ἧς ὁ Ὀρόντης ῥεῖ, καὶ περιπολεῖ συχνὰ ἐν ταύτῃ. *Ambiebat* ergo urbem, regionemque *diviſit*; non tamen ex *Oriente* terminabat *Orontes*. De *Antiochia* autem ipſa verius erat, *prope* illam decurriſſe *fluvium*, non autem ipſam *ambiiſſe*. Sic idem [2] *Strabo*: Ῥεῖ δὲ τῆς πόλεως πλησίον Ὀρόντης ποταμὸς . . . . . . ἐκ τῆς κοίλης Συρίας τὰς ἀρχὰς ἔχων. Et poſtea: διὰ τῆς Ἀπαμέων εἰς τὴν Ἀντιόχειαν προελθὼν, πλησιάσας τῇ πόλει. Nec *longe* ab *Apamea* diſſitam fuiſſe *Emiſam* agnoſcit idem Auctor accuratiſſimus, cum *Dolabellæ* in *Apamia* à *Caſſio* Cæſaris percuſſore obſeſſo ſocios fuiſſe narrat τοὺς πλησίον φυλάρχους, qui loca munita in *proximo* tenebant, in quorum numero ponit τοὺς φυλάρχους τῶν Ἐμισηνῶν ἔθνους. [3] Addit præterea:

1 *Strab.* lib. XVI. p. 752. 2 ib. p. 750. 3 p. 753.

Οὐ

Οὐ πόῤῥω δ' οὐδ' Ἡλιούπολις. Ut proinde recte ejuſdem fluminis *ortus* ab aliis *Emiſæ* aſſignari poterit, ab aliis *Heliopoli.* Sic enim idem *Alexandri* cum *Dario* prælium ab aliis *Arbelæ* tribuitur, ab aliis *Gaugamelæ.* In locis admodum *vicinis* facilis eſt iſtiuſmodi, etiam ſine alterutrius partis errore, *diverſitas.* Potuit enim ab *utravis* urbe fluvii *ortus* cenſeri, ſi & *ipſæ* invicem *vicinæ* fuerint, & *medio* aliquo, *inter* Urbes, ſpatio *fontem* habuerit utrivis *urbi*, quam fuerint ipſæ *invicem*, viciniorem. Nos tamen jam rationem dedimus, cur etiam *Emiſa* appellari potuerit *Heliopolis*, à *Solis* cultu *Emiſenorum*, *Elagabali* temporibus antiquiori. Inde de Urbis incolis *univerſis* ita *Avienus*:

——— *flammicomo devota pectora Soli.*

Idem de *Heliopoli* aſſerit *Theodoretus*, omnes *Gentiles* fuiſſe, nec *Chriſti* cultum ibi receptum, etiam ſub *Chriſtianis Imperatoribus.* Eſt autem ſane manifeſtum, *deeſſe* hodierno *Dionyſii* Textui urbium *alteram*, inter quas *mediam* ſtatuerit *Apamiam*, quam tamen in Codicibus ſibi coævis repererit *Stephanus.* & parum *congrue* ponitur in iiſdem Urbs *media*, nondum aſſignatis urbibus *extremis* inter *quas* mediam ſupponit *Dionyſius.* Nec vere *Apameæ* ad *Orientem* ſtatuitur *Orontes*, quà *mediam Antiochiæ ditionem* interſecat. Multo adhuc minus, ſi ad illam fluvii *partem* hæc retulerit Poëta, qua *abſorptus* à *terra* rurſus erumpit. Hanc enim voraginem *medio* loco ponit *Strabo* inter *Antiochiam* & *Apamiam*, & proinde *contrario* prorſus *Cœli* cardine, *occidentem* verſus ſi cum *Apamia* conferatur. Noſtra autem diſpoſitione, quam è *Feſto Avieno* hauſimus, recte omnia reſpondent, non pro *Avieni mente* tantummodo, verumetiam ipſius *Dionyſii.* Et *Libani* mentionem in ſuo quoque *Dionyſio* reperit, uti vidimus, *Stephanus Byzantius.* Quacunque ergo *licentia* uſus fuerit in ſuo *Dionyſio* *Avienus*: hoc ſaltem in loco, *ſententiam* Auctoris, ſi minus *verba*, fide optima repræſentaſſe veriſimillimum eſt.

XXVII. Hæc de *Ætate* Poëtæ noſtri. Sequitur ut de ejuſdem *Patria* diſquiramus. Eſtque ſane hic quod mire-

Non recte Poëtam *Alexandrinum* fuiſſe colligitur ex eo, quod à *Lybia* Periegeſeos *exordium* duxerit.

mur, illi ſententiæ favere pleroſque juniores, quæ eum fecerit *Alexandrinum*; cum tamen è *Dionyſiis Alexandrinis* neminem reperiamus qui Οἰκουμένης Περιήγησιν ſcripſerit, qui ſaltem illis, quos habemus, Scriptoribus *Antiquitate* venerabilibus innotuerit. Huic tamen ſententiæ favere videtur è recentiori Antiquitate etiam *Euſtathius* in v. 1. Nec aliter Περὶ γένους Διονυσίου & *Euſtrat.* in v. 1. Eo nempe fretus Argumento, quod *Libyam* primo loco recenſuerit. Οὐ κατά τινα Περιηγητικὴν ἀνάγκην, ἀλλὰ οἷα Λίβυς (inquit) φιλῶν τὰ οἰκεῖα. Nempe propter *patriam*, ut ipſe credidit, *Alexandriam Ægypti.* Idem tamen Argumenti ſui infirmitatem agnoſcit, quod *Strabo Amaſenus* non ab *Aſia*, ſed ab *Europa*, Geographiæ ſuæ ordinem auſpicatus fuerit, & in *Libyam* deſierit. Similiter & *Scylax Caryandenſis*, & *Scymnus Chius*, ipſi *Aſiani*, ab *Europa* nihilominus incipiunt, *Mela* ab *Aſia*, ipſe viciſſim *Europæus*. Nihil ergo eſt, cur *Patriam* Auctoris noſtri ex hoc illius *ordine* colligamus, plane *arbitrario.* Illa potiſſimum de cauſſa, quod Auctoris *alterius* fidem ſecutus fuerit Poëta noſter in ſua *compendiaria Periegeſi*, quæ *Diſputationibus* locum nullum reliquum fecit cum res occurrerent, nulla certa conſentientique Auctorum fide ſuffultæ, ſed *ambiguæ*. Juſtiſſimum conſultiſſimumque fuit, ſi *certam* aliquam Auctoris *Hypotheſim* ſequeretur, eo Lectorem relegaturus, qui Aſſertionum Argumenta quæreret. Sic *Eudoxi* ſphæram imitatus eſt in *Phænomenis Aratus*, rei *Aſtronomicæ* ipſe rudis, & de *ſtyli* concinnitate & jucunditate in Poëmate tantummodo ſolicitus. Idem ſi fecerit *Dionyſius*, *Auctoris* ſui, potius quam ſuam, in hoc ordine, *Patriam* fuiſſet proditurus. Idque ſane veriſimile eſt, ſi quidem de *Auctoris Patria, Alexandria*, certæ aliquæ occurriſſent, in hoc ipſo Opere, notæ. *Eratoſthenem Dionyſio* ducem in pleriſque fuiſſe ipſe agnoſcit *Euſtathius*. Sic ille v. 1. quo loco loquitur de Oceano οἰκουμένην ambiente: καθὰ καὶ Ἐρατοσθένης δοξάζει· οὗ ζηλωτής ἐστιν ἐν πολλοῖς ὁ τὸ οἰκουμενικὸν τοῦτο συνταγμάτιον ποιησάμενος. *Libycum* autem Patria *Eratoſthenem* fuiſſe conſtat, utravis civitate cenſeatur: ſeu Natali, *Cyrenaica*;

renaica; ſeu illa potius ubi docuit honoreſque eſt adeptus, *Alexandrina*. Erat quidem & alius, *Diogenis* filius, *Dionyſius*, qui *Eratoſthenem* in *Terræ dimenſione* ſecutus eſt, teſte [1] *Marciano Heracleota*. Illum Nos è *Proſaicis Dionyſiis* alterum fuiſſe ſupra opinati ſumus. Sed *noſtrum* certe, in quem ſcribebat, in animo habebat *Euſtathius*. Et ex *Eratoſthenis*, quæ tum exſtabant, *Scriptis* cum noſtro collatis, hoc illum obſervaſſe veriſimile eſt. Sed ἐν πολλοῖς hoc verum agnoſcit, fateor, *Euſtathius*. Ego potius in *univerſis*, ſi quidem illa excipiamus, quæ *ſui temporis* propria erant. Mos enim erat, etiam in *Poëtis Geographicis*, eorum *nomina* recenſere, è quibus ſua depromſiſſent, cum *non unum* aliquem compilarent Auctorem, ſuo uſi judicio in *Anthologiis* undequaque colligendis. Ita certe *Scymnus Chius*. Ita & in *Ora Maritima*, qua plures, præter *Dionyſium*, excerpſit Auctores, *Catalogum* dedit *Avienus*, ut Lector moneretur, ne ab uno aliquo Scriptore, quantumvis celebri, ea exſpectaret, quæ ipſe monuiſſet è pluribus in unam congeriem à ſe coacervata. Similiter in *Deſcriptione Orbis Terræ* facturus, ut videtur, in qua ipſa *Dionyſii* veſtigia preſſit, ſi quidem res *Geographicas* aliunde collegiſſet quam è *Dionyſio*. Nec aliter ipſum *Dionyſium* feciſſe veriſimile eſt. Nihil tamen illud obſtabat, quo minus *Ætatis ſuæ* notas inſereret à nobis obſervatas. *Patriæ* autem edendæ *conſilium* fuiſſe, nihil eſt quod certo probet. Inde quoque probabile eſt, tum ſcripſiſſe, cum *communis* Imperio *Romano* univerſo *Patria* eſſet *Urbs Romana*. Ita cum ſe res haberet, nihil erat cur de *Patria* quiſpiam gloriaretur, quam *communem* habebat cum *pauperrimis*, qui quidem *Natalibus* oriundi eſſent *honeſtis* & *ingenuis*. *Antea* manifeſtum erat quam frequens & ſolenne fuerit *Patriam* venditare.

XXVIII. Cæterum, & illud quoque mirum eſt, quod, cum Argumento tam infirmo Poëtam noſtrum viri alioqui Maximi *Alexandrinum* probaſſent; *vim* rurſus novam fecerint, ut, cum eundem ſtatuiſſent cum *Dionyſio*

Non potuit autem à *CharaceSpaſinis*, (unde *ortum* habuit *Dionyſius Plinianus*) cognomen habere *Alexandrini*.

1 *Marcian. Heracl.* p. 6. Editionis *Hudſoniana*.

nyſio Pliniano, quem *Charace Spaſinis* ortum tradiderat ipſe *Plinius*, eum ab illa ipſa *Charace Alexandrinum* appellandum eſſe crederent. quod ſcilicet olim *Alexandriæ* nomen habuerat Urbs eadem illa *Characene*. Atqui *Alexandriæ* nomen diu antea *exuerat* Patria illa *Dionyſii Pliniani*, quam *naſceretur* ipſe *ille Dionyſius*; quem ſupremis *Auguſti* temporibus vixiſſe teſtatur ipſe ille Naturalis Hiſtoriæ Pater. *Exſtinᵭo* veteri nomine *Alexandriæ*, Urbs illa, reſtaurata à *quinto Regum Antiocho*, novum ab eo *nomen* acceperat *Antiochiæ*. Non eſt neceſſe ut quæramus, hoc in loco; quomodo *Plinii* verba intelligenda ſint; & quis ille fuerit *Regum*, poſt *Alexandri* mortem, *primus* à quo *quintum Plinius* numerârit. Potuit *Philippus* fuiſſe *Arrhidæus*, *Alexandri Magni* frater, quem, cum *nepotibus* Alexandri *filiis*, *Regem* aliquantiſper agnoſcebant *Macedones*, à quo novam *Epocham* inchoant *Canones* Regum *Aſtronomici*. Potuit *Antigonus* fuiſſe *Magnus*, qui *primus* Διαδόχων *Regium* ſibi, cum *Regio Diademate*, *nomen* aſſumpſit. Potuit *Seleucus* fuiſſe *Nicator*, à quo proceſſit *ſtirps*, pariter ac *Æra Seleucidarum*. Potuit & *primus* fuiſſe ex illa *Seleucidarum* ſtirpe *Antiochus*, ipſius *Seleuci* filius. Ut *quintus* adeo intelligeretur eorum Regum,qui commune nomen habuerint *Antiochi*. Sed ab illo *Urbis* nomine non *Alexandrinus* erat appellandus *Dionyſius*, ſed *Antiochenus*. Imo *Characenus* potius, cum & nomen *Antiochiæ* exoleviſſet, & *novum* Urbs à *novo inſtauratore Spaſine* nomen accepiſſet, quo etiam ab ipſo *Plinio* inſignitur, *Characis Spaſinis*, cum nempe *Principem* haberet perpetuo eodemque nomine *Spaſinis*. Falſo quidem *Spaſinem primum Antiochi Satrapen Sogdonaci* filium fuiſſe creditum tradit ibi *Plinius*: &, proinde hallucinatum fuiſſe, qui id aſſeruerit, *Regem Jubam*. Cæterum, vel inde intelligimus, Rege *Juba* (qui tamen *Dionyſio Pliniano* coævus erat) *antiquiorem* primum illum fuiſſe *Spaſinem*, à quo *Characis Spaſinis* Urbs ipſa nomen traxerat *noviſſimum*. Antiquior certe non *paucis annis ultimo Seleucidarum Antiocho* ille erat *Antiochus Spaſini* coævus, cum, *ante* ultimum

Antiochum

Antiochum Seleucidarum, nomen illud *Antiochiæ* in hac Urbe defeciſſe veriſimillimum ſit. Tum ſcilicet cum *Arſaces Parthis* auctor eſſet, ut etiam *ipſi* à *Seleucidis* deficerent. Tum *Regum* Jura titulumque induebant Provinciarum *Parthicarum* Satrapæ, in quibus locum habebat *Suſiana*: & ne quidem refragantibus ſupremis omnium Dominis *Arſacidis*. *Regis* enim *Regum* titulum ambiebat *Parthus*, quem ſe ita conſecuturum ſperabat, ſi Provinciarum *Satrapis* ipſe viciſſim *Regum* titulum concederet, ut alibi oſtendimus, cum de *Iſidoro* ageremus *Characeno*. Et, ne *nominum* luſus videretur, ſi nihil magis poſſent novi *Parthorum Reges*, quam *Perſarum Macedonumque Satrapæ*; *Jura* quoque nova, *Regio* nomine non indigna, cum *Satrapis* communicanda cenſebant. Id enim ad honorem ſuum pertinere, ſi *reliquis* Principibus pene *pares* ipſi in *obſequio* haberent. Illud autem *Jus* imprimis, ut heredes *Regiæ* dignitatis omnes *communi* nomine appellarentur, ut *Arſacis nomen*, pariter ac *Arſacidarum*, commune erat omnibus *Arſacidis*. Sic enim receptum in *Muſicanis*, *Taxilibus*, *Agbaris*, aliiſque *Orientis* Regnis. Quo etiam, ni fallor, exemplo, tot legimus in *Seleucidarum* familia *Antiochos*, tot in *Herodis Magni* ſtirpe ſimiliter *Herodes*, & in *Ægypti Lagidis* omnes *Ptolemæos*, ut apud *veteres Ægyptios* omnes *Pharaones*. Sic itaque *Spaſinis* nomen in illa *Suſianæ* Satrapia fuerit *hereditarium*. Et Jus illud *Regium Spaſini* familiæ *Regiæ* conditori conceſſum eſt, ut reſtitutæ à ſe *Urbi nomen* ipſe daret *ſuum*, perpetuum utique futurum, cum & *poſteri* ejus omnes in *Regia* dignitate *Spaſines* etiam ipſi in *perpetuum* appellandi eſſent. Solenne hoc in *Orientis* integris, ut vidimus, erat regionibus. Et ne quidem in *Toparchiis* inuſitatum fuiſſe, oſtendit exemplum *Edeſſæ*, in qua perpetuum erat nomen *Agbari*, *officii dignitatiſque* potius, ut videtur, quam *hominis*. Quidni itaque ita ſe res haberet in hoc *Suſianæ* caſtro? Sic *Dionyſii* etiam *Pliniani* natalibus *antiquius* fuerit *poſtremum* quoque hoc *Urbis* hujus apud *Plinium* nomen: ut proinde non *Alexandrinus* ille, ſed *Characenus*, ab ea fuerit appellandus.

XXIX.

Rhebam fluvium, non ſuorum *Natalium* cauſſâ, ſed *Regionis Gentiſque* à fluvio cognominatæ, laudat *Dionyſius*.

XXIX. Sed *Rhebæ fluvii* in *Bithynia repetitam* aliquoties in Carminum *initiis* mentionem pro Argumento habet *Suidas*, *Bithynum Patria* noſtrum fuiſſe *Poëtam Periegeten*. Ὑπολαμβάνω, inquit, ὅτι Διονύσιος ὁ Περιηγητὴς Βυζάντιος ἦν, διὰ τὸν ποταμὸν Ῥήβαν. Habet etiam alibi tales *Anaphoras*, de *Roma*, de *Tiberi* fluvio, de *Ilio* &c. quæ proprio quodam Poëtici afflatus ornatu cenſuit eſſe digniſſima. Eoque hanc *Rhebæ* repetitionem retulit *Euſtathius*; ὡς εἴπερ καὶ αὐτὸς ἄξιος ἦν λόγου πολλοῦ. Sed, præterquam in *Mythologia* de Expeditione *Argonautica*, hujus *fluvii* rara eſt in *veriori Hiſtoria* mentio. Nec *res geſta* aliqua ad hunc *fluvium* memorabilis refertur, quæ illum *inſignem* fecerit, ſeu in *vera*, ſeu in hac quoque *Mythologica*, etiam *Argonautarum* Hiſtoria. Inde ſuſpicio erat *ſui* potius cauſſà *Poëtam*, quam *fluvii* alioqui *obſcuri*, hæc *fluvii* encomia addidiſſe, quod eum *ortu ſuo* ipſe ornârit. Sed verba nulla ſunt quæ illud innuunt. Nec veriſimile eſt in ipſo *fluvio* natum eſſe, ſeu *navi* aliqua *fluviali* in uſum *habitationis* compacta, quales in *China*, & *fœderato* fortaſſe *Belgio* reperiri dicuntur, *veteribus* prorſus, ut opinor, incognitæ. *Currus* tamen *natales* habere poterant *Scythæ Hamaxobii*: & loca *deſerta* & incerta *Arabes Scenitæ*. Sed nullus locus eſt iſtiuſmodi conjecturis in hac *Aſiæ* parte admodum exculta & villis oppidiſque frequentata. Ut *villa* aliqua aut *caſtello* editum ſupponamus quantumvis *ignobili*: *urbem* tamen, cujus *ditione* natus fuiſſet, & cujus in *matricula* cenſebatur, ſibi *Patriam* vendicare potuit, pro illius Sæculi diſciplina. *Ea* ergo encomiis ornanda erat, ſi *Natalium* ſuorum rationem in his encomiis habuiſſet; non *fluvius*, in quo naſci non potuit, & qui *Tabulas* publicas *Natalium* nullas habebat, quibus infantum natorum *nomina* inſcribenda eſſent. Cum ergo *Urbis* ad *Rhebam* ſitæ nullius meminerit, quæ *Patria* illi, pro more tum recepto, eſſe potuerit; *alia* quærenda ratio eſt, cur *fluvium*, nec *rebus* ad illum *geſtis* nec *curſus* longitudine nobilem, ſuis tamen in tam brevi Opere laudibus

dignum

dignum exiſtimârit.* Ea hæc eſſe potuit. *Regionem* terminabat hic ipſe *fluvius*, & *nomen* dabat *Rhebantiæ*, incolaſque *Rhebæos* à ſe cognominabat. Ῥηβαντίας meminit *Arrianus*, teſte in hunc locum *Euſtathio*. nempe, ut videtur, in *Bithynicis*, quo loco de hac re agebat ex profeſſo *Arrianus*, ipſe *Bithynus*. *Incolas* autem ab eo Ῥηβαίους appellatos, Auctorem habemus *Stephanum* v. Ῥῆβας & v. Ἀθύρας. Merito *Rhebantem* cum *Athyrante* contulit *Stephanus*; cum *fluvius* etiam fuerit *Athyras*, & *accolis* nomen dederit ſimiliter ac *Rhebas*. Meminit hujus *Athyrantis* eodem, quo & *Stephanus*, ſitu *Joannes Cinnamus* lib. 2. p. 78. Terminos hujus ditionis à *Rheba* ad alium fluvium *Pſillium* profert ex eodem etiam *Arriano Euſtathius*. Nec adeo *temnendam* fuiſſe docet in *Euxini* Ponti *Periplo* idem [1] *Arrianus*. A *Rheba* ad Ἄκραν Μέλαιναν *ſtadia* numerat CL. Ab Ἄκρᾳ illa, ſeu *Promontorio*, ad *Artanem fluvium*, *ſtad.* CL. Ab *Artane* ad *Pſilim ſtad.* CL. Sic *milliaribus Romanis* potuerit pluſquam LVI. Paulo ampliorem fecit *Marcianus* [2] *Heracleota*, qui intervalli ſuperioris ſpatium *ultimum ſtadiorum* cenſet CCXC. Et quidem eâ cauſâ *illuſtris* haberi potuit, quod *fluvius* tantillus (*parvum* enim agnoſcit qui eum *oculis* luſtravit Cl. [3] *Gyllius*) tantæ tamen regioni nomen impoſuerit. Sed *Thynorum* potius quam *Bithynorum*, *Rhebantiam* fecit *Arrianus*. Sic enim ex eo *Euſtathius*: Λέγεται δὲ καὶ ὅτι τὴν ἀπὸ Βοσπόρου γῆν, ἕως ἐπὶ Ῥήβαντα, Βιθυνοί ποτε κατέσχον· τὴν δὲ αὐτοῦ ἐπέκεινα ἐπὶ Πόντον ὀρεινὴν οἱ Θυνοὶ ἔσχον, ἄχει ποταμοῦ Κάλητος. Sic *Thynus* potius quam *Bithynus* cenſendus fuiſſet Poëta *Rhebantia* oriundus, cum longe ultra *Rhebantiæ* fines *Orientem* verſus diſtaret *Cales*. Non *Byzantius* certe, ut volebat *Suidas*, quod è *Thracia* in *Aſiam* trajecerant *Bithyni*, niſi *Thynos* idem feciſſe conſtaret. Ita quidem *Arrianus*, qui ambos *Odryſæ Thracis* filios fecit, tam *Thynum*, quam *Bithynum*. Neglecta tamen eſt à *veteribus* pleriſque *Geographis* tantillæ ditionis mentio. Quæ cauſſa erat, cur non *Rhebantiam* ſolam verum etiam *Thyno-*

1 P. 13. Editionis *Hudſonianæ*. 2 P. 69. Editionis *Hudſonianæ*. 3 P. *Gyll.* Boſp. Thr. lib. I. c. 1.

rum Patriam ampliorem communi *Bithyniæ* nomine complecterentur, non *vetuſtiores* tantummodo, verum etiam ipſe *Dionyſius*. Sic tamen ratio ſatis veriſimilis Poëtæ conſtabat, ut *aliis* etiam Geographis, *fluvii* commemorandi, qui *Regioni* nomen dederat; licet *regionem* à *fluvio* cognominatam indignam judicarent, quæ in *Orbis breviario Periegetico* ſeorſim commemoretur. Satis erat in *Compendio* ſolius *fluvii* meminiſſe ad *gentem regionemque* deſignandam, quæ non aliunde quam è *fluvio* nomen accepiſſent.

Quod ὑπὲρ particulæ uſum de plaga *Auſtrali* in *Dionyſio* obſervârit *Euſtathius*, ad vetuſtiſſimorum *Poëtarum* uſum de *Hyperboreis* referendum. qui tamen *Veteres* eandem *particulam* de partibus *Orientalibus*, aut *Occidentalibus*, minime uſurpabant.

XXX. Habet & aliud Cl. *Hillus* Argumentum, quo de Poëtæ noſtri *Patria* conjecturam fulcit. *Infirmum* illud quidem, ſed non propterea *negligendum*. maximè vero propter inſignem proponentis *modeſtiam*. Particulam ὑπὲρ apud *Geographos* ad *Patriam* cujuſque reſpectum habere credidit. idque pro *quatuor* Cœli *cardinibus*. Ut ſcilicet *Septentrionem* verſus ea ὑπὲρ cenſuerint *Geographi*, quæ ſua *Patria* propius ad *Septentrionem* acceſſerunt: ea ad *Meridiem* ὑπὲρ quæ *Patriæ* ſuæ reſpectu magis ad *Meridiem* declinârunt. Similiter in *Orientali Occidentalique* plaga rem ſe habere credidit. Nullo tamen id veteris *diſerto* Teſtiſtimonio confirmat. Hoc unum ex *Euſtathio* obſervavit *Poëtam* noſtrum ea particula uſum tam in *Meridionali* plaga quam in *Septentrionali*. Ita ad v. 103. *Euſtathius*: Σημείωσαι δὲ ὅτι ἐνταῦθα ὁ Περιηγητὴς τῇ ὑπὲρ προθέσει ἐπὶ τῶν νοτίων ἐχρήσατο. additque: ποιήσει δὲ τοῦτο πλειςάκις καὶ ἐν τοῖς εἰσέπειτα. Intelligit v. 138. quo loco eadem eſt *Euſtathii* obſervatio, qua ſe tuetur Cl. *Hillus*. Sic βορειοτέρη ὑπὲρ v. 103. v. 152. & ὑπερνοτίη v. 151. Nulla autem ſimilis eſt de hujus vocis ὑπὲρ uſu in *aliis* Cœli cardinibus, *Orientem* verſus vel *Occidentem*, obſervatio, quæ Viro Cl. faveat. Nec vidit Vir Optimus *cauſam* cur in his potius, quam in *aliis*, cardinibus ea fieret à *Geographis* obſervatio. *Hyperboreorum* primus meminerat *Poëta* vetuſtiſſimus & *Geographis* omnibus

bus antiquior, *Ariſteas Proconneſius*, teſte *Herodoto* Muſ. IV. c. 13. Addit idem *Heſiodum* c. 32. & *Homerum*, in *Epigonis*, ſi tamen illius Operis verus Auctor fuerit *Homerus*. *Abaridis*, qui & *Hyperboreus* ipſe, & *Apollinis Hyperborei ſacerdos* ferebatur, & *Pythagoræ* Philoſopho coævus, *minorem* rationem habet *Herodotus* ib. c. 36. Sed *Hyperboreorum* meminit & *Olen Lycius*, antiquiſſimus *Hymnorum* apud *Græcos* Scriptor in *Pauſaniæ Eliacis*, pag. 154. Huc *Hyperboreorum* & *Hypernotiorum* anſam ipſe refert *Euſtathius*, qui *Herodotum* in eo ducem agnoſcit ad v. 31. Hinc natæ juniorum *Hiſtoricorum Geographorumque* diſputationes, ulli ne unquam fuerint in rerum natura *Hyperborei*, *antiquiſſimis* tantummodo *Poëtis* memorati, qui nullos ſibi *coævos* habebant, quibus tuto *fides* adhiberi poſſit, quique rem *compertam* haberent, *Hiſtoricos*. Suſpectos hos *Hyperboreos* fecit nomen ipſum *Hyperboreorum*. quaſi vero ulli eſſe poſſent *Borea* ipſo *Borealiores*. Suſpectum item quod nulli apud vetuſtiſſimos illos *Poëtas* occurriſſent ſimili forma *Hypernotii*. *Herodotus*: Εἰ δὲ εἰσί τινες Ὑπερβόρεοι ἄνθρωποι, εἰσὶ καὶ Ὑπερνότιοι ἄλλοι. ib. c. 36. Nempe pro *abſurdo* habens tales aliquos fuiſſe homines Ὑπερνοτίους, quòrum tamen nulla fuerit apud ipſos illos *antiquiſſimos Poëtas* mentio. Non equidem probat hanc *Herodoti* Argumentationem *Strabo*. Sic enim ait: Τοῦ γὰρ Ἡροδότου μηδένας Ὑπερβορέους εἶναι φήσαντος· μηδὲ Ὑπερνοτίους λέγοι ἄν, φησὶν εἶναι τὴν ἀπόδειξιν. Inde manifeſtum eſt, quo ſpectârit hæc *Euſtathii* obſervatio, de agnitis à *Poëta* noſtro Ὑπερνοτίοις. Ad refellendum ſcilicet *Herodoti* Argumentum, quo[1] illud pro abſurdo habuerat *Hiſtoriæ Pater*, quod tamen *verum* agnoviſſet noſter *Dionyſius*. Nullæ tamen erant de *Hypereuriis* vel *Hyperzephyriis*, ſeu *Poëtarum*, ſeu *Hiſtoricorum*, ſeu *Geographorum*, diſceptationes. Nec adeo *rationes* ullæ, cur in *conſequentiam* traherentur ſimiles loquendi *formæ* de *aliis* Cœli plagis *Cardinalibus*; plane tamen *neceſſariis*, ſi ſuam *Geographus* quiſque *Patriam* pro *norma* habuiſſet, ad quam exigendi eſſent reliquorum

1 *Strab.* Geogr. lib. I. p. 61.

omnium in *Orbe* locorum *ſitus.* Pariter enim *neceſſarii* erant *alii* Cœli *cardines* ac *Septentrionalis* & *Meridionalis.*

Hyperboreorum nomine gentes *Scythiæ Borealiores* intelligebant *Veteres.* Non ita particulam ὑπὲρ in ὑπερνοτίοις ſuis intellexit *Dionyſius,* erravitque ita interpretatus *Euſtathius.*

XXXI. Sed nec recte *Herodoti* ſententiam de hujus vocis uſu accepit *Euſtathius.* Nec ea, utcunque recte intellecta, quicquam facit ad cauſſam viri eruditi. Ὑπερβορέων nomine illos intellexere *veteres* qui ὑπὲρ τὸν ἄνεμον οἰκοῦσι τὸν Βορέαν. Ita ex *Olene Lycio Pauſanias* Eliac. I. p. 154. Παρ' οἷς ὁ Βορέας οὐ πνεῖ. Ita *Herodotum* interpretatur *Strabo.* ex eorum proculdubio *Poëtarum* ſententia, quorum fidem, hoc in loco, ſecutus eſt *Herodotus.* Et recte quidem, pro rudibus *Antiquitatis remotiſſimæ* ratiociniis. *Quatuor* enim illi, teſte *Plinio* N. H. II. agnoſcebant tantummodo *ventos,* pro *quatuor* Cœli punctis *Cardinalibus,* quæ etiam *Græcis* innoteſcere non poterant, ante excultam aliquatenus *Aſtronomiam,* poſt *Epocham* ſaltem *Nabonaſſaream.* Plurium certe non meminit *Homerus.* Et *quatuor* hoſce ventos *Populis* ad ventorum cardines ſitis deſignabant antiquiſſimi *Geographi*: Boream *Scythis,* Eurum *Indis,* Notum *Æthiopibus,* Zephyrum *Celtis.* Fragmentum *Ephori,* qui *Iſocratem* audivit, in hanc ſententiam edidit *Jacobus Gronovius,* cujus *Auctoris* etiam ſæpe meminit *Strabo.* Ita *Scythis* ſuperiores, *Borea* etiam ipſo, ſi ita loqui liceat, *Borealiores,* agnoſcere conſentaneum erat, in illa *Geographiæ,* apud *Græcos,* ruditate. Nec enim orbem *rotundum* agnoſcebant, nec *longe* petitas *ventorum,* apud ſe, *origines.* Et ſane *Thrax* fuiſſe videtur *Boreas* ille, qui à *Poëtis* rapuiſſe fertur *Orithyiam,* & ex ea liberos ſuſtuliſſe. Proximus proinde *Scythis,* à quibus *Boreas* flare credebatur, pro his *Veterum* rationibus. *Iſtrum* enim, *Thraciæ* finitimum, accolebant *Scythæ.* Et ad *Iſtri fontes Hyperboreos* ponit *Pindarus,* Iſthmion. VI. quos pro *ultimis* Οἰκουμένης primo cognitæ *terminis* habebat, ut *fontes Nili* pro ultimis ejuſdem ad *Meridiem* limitibus habebantur. Ita, ſi quæ ultra *Nili fontes* Barbaræ *gentes* innotuiſſent, hæ ὑπερνότιοι pro iiſdem *ratiociniis,* fuiſſent appellandæ. Sed

Inſulæ,

Inſulæ, extra Οἰκουμένην noſtram, *Septentrionalis* incolas *Hyperboreos* fecit *Hecatæus*, teſte [1] *Diodoro*, ἀπὸ τῆς πορρωτέρω κεῖσθαι τῆς βορείου πνοῆς. Ita facere neceſſe erat poſtquam innotuiſſet ora *Septentrionalis*, & *Mare Cronium* ſeu *Glaciale*. His enim nominibus apud Veteres audiebat. Antea autem *remotiſſimæ* à reliquis verſus *Septentrionem* gentes *Boreales* habebantur. Nec antea de *Hyperboreis* cogitatum, quam aliæ Septentrioni *propiores* reperirentur illis, quas in eo ordine *proximas* crediderant imperiti *Geographi veteres*. Dum ergo *Scythas* in ipſa *Boreali* plaga poſitos exiſtimarent, quos ulterioris *Iſtri* ripæ incolas fuiſſe, & moleſtos admodum *vicinos*, exploratum habebant; tandem, commentitiis *Herculis* Peregrinationibus, novam ad *Iſtri fontes* gentem *Poëtæ* finxerunt, qui *primi* adeo fuerint *Hyperborei*. Sed veros *Iſtri fontes* penitus ignorabant, qui *duo* Iſtri *brachia*, potius quam *fontes*, commenti ſunt: aliud quod in *Mare Cronium* exitum habebat; aliud quod in *Mare Adriaticum*, ut ex vetuſtiſſimis conſtat *Mythologiis Argonauticis*. Sed *Boreale* illud *oſtium* erat cui ſuos aſſignabant *Hyperboreos*. Satis enim erat ut *Hyperboreorum* nomen induerent, qui ſitos ad *Boream Scythas Septentrionem* verſus prætergrederentur. Poſtea *novæ* vel *inventæ* ſunt vel *excogitatæ* gentes, gentibus antea cognitis *ulteriores* & *Septentrioni* viciniores; non tamen in eadem *linea*, quam *Longitudinis* appellabant *Poſteri*. Inde factum ut *Hyperboreorum* nomen (dum in hac noſtra ſaltem ἠπείρῳ contineretur) latius emanaret, genteſque omnes *Mare Glaciale* accolentes complecteretur. Sic enim factum in *aliis* quoque *gentibus*, quibus venti *Cardinales* fuerunt aſſignati. *Celtarum* nomine communi veniunt omnes in *Occidente* gentes: ut *Indi* pariter qui ſedem in *Oriente* habebant, appellabantur, & *Æthiopes* omnes qui ad *Meridiem* incolebant. Pro eodem ergo ſimiliter exemplo *Scythæ* omnes ad *Boream* vergentes appellabantur, dum aliæ *nullæ* præter *Scythas* ad *Boream* ſitæ innotuiſſent. Et viciſſim *ulteriores* in *eadem* plaga gentes omnes *Hyper-*

[1] *Diodor.* Biblioth. lib. II.

boreæ

boreæ fuerint. Sed novas *ultra Scythas* gentes obſervavit *Ariſteas*, quarum tamen nulli præterquam illi, quæ ad *Oceanum* uſque *Glacialem* porrigebatur, *Hyperboreorum* nomen impoſuit. Sic in *Oceanum* ipſum *inſulamque* in eo ſitam transferendi erant *Hyperborei* ab *Hecatæo*, qui paucis annis *Herodotum* ſuperabat, cum tamen *ducentis* annis *Ariſteam* ſe antiquiorem agnoſcat *Herodotus*. Sed in omni hac de *Hyperboreis* vel *Hypernotiis* Diſputatione perpetua illa eſt harum vocum ſignificatio, ut illi ſoli *Hyperboreorum* vel *Hypernotiorum* nominibus intelligerentur, qui *proximas Boreæ* vel *Noto* ſedes incoluiſſent, *Borea* tamen ipſo vel *Noto ulteriores*. Alia apud *Poëtam* noſtrum utriuſque ſententia eſt, non ut loca deſignet *ultra Boream* aut *Notum*; ſed ut etiam complectatur, quæ in locis *Meridionalibus propius* accedant ad *Boream*, & viciſſim in locis *Borealibus* quæ ad alios locos collata *Meridionali cardini* vel *vento* propiora ſunt. Ita *Ponti Euxini* Promontorium *Carambin* ὑπερνοτίην appellat v. 151. quamvis à *Noto* remotiſſimam, & in *Boreali Latitudine*, quà quidem cum *Æquinoctiali* linea comparatur; quod ad *Ponti Euxini* partem Νοτίην & plagam ejus *Meridionalem* attigiſſet, ut pars nulla *Ponti* illius *Noto* propior adjaceret. quà ſcilicet *parti* ejuſdem Maris non ὑπερβορέα, ſed βορειοτέρῃ v. 132. opponitur: quæ ſi ad *Carambin* conferretur, in *Boreali*, non *Mundi*, ſed *Maris* illius, latere ſitum haberet. Male ergo *Herodotum* vetereſque *alios* de hujus *particulæ* uſu interpretatus eſt *Euſtathius*. Et male rurſus eo ſpectare credidit *Dionyſium* noſtrum, cum *Poëtæ* fuerint tantummodo *vetuſtiſſimi*, noſtrique *Dionyſii* ætate longe *ſuperiores*, qui prædicto illius ſenſu *Hyperboreorum* meminerant, non *Hypernotiorum*. Nec enim eo Argumento *Hyperboreos* refutaſſet *Herodotus*. Quod ſi ulli fuiſſent, quales illi volebant, *Hyperborei*, & *Hypernotios*, pari *Conſequentiæ* neceſſitate, ſimiliter fore concedendos. Pro *abſurdo* nimirum habens, ſi qui concederentur *Hypernotii*. Abſurdus ipſe, ſi apud illos, qui *Hyperboreorum* meminerant, & *Hypernotiorum* pariter mentionem obſervaviſſet. Noſter

ſter contra *Dionyſius*, qui Υπερνοτίῃ vocem uſurpavit, *Veterum* tamen *Fabulas* de *Hyperboreis* ne quidem *obiter* attigit. Dedita nimirum opera, certoque conſilio. Μῦθοι enim, qui frequenter apud *veteres Geographos* occurrebant, ipſe *averſabatur*. Id verba ejus illa nos docent v.895.

——— ἐδ' ἂν ἔμοιγε
Μῦθοι ἅτε φθιθέντος ἀνὴρ ἐπιμωμήσαιτο.

Proinde alienior ab eorum mentione, quos ne *veteres* quidem *Fabulatores* concedebant, Υπερνοτίων.

XXXII. Alia ergo præpoſitionis illius ſignificatio eſt apud veteres *Hyperboreorum* patronos. Noſtro Carambis propterea ὑπερνοτίῃ appellatur, non quod *ultra Notum* ſita eſſet, ſed quod *Borealis* Ponti *Euxini* Promontorii reſpectu, quod Κριοῦ μέτωπον appellabatur, *Notum* verſus eminuiſſet, ultra Κριοῦ μέτωπον, quà quidem à *Septentrione* Periegeſis hoc in loco procedebat. Hæc recepta particulæ ſignificatio, eſt, qua tantundem valet quod *ultra*, nec propria *Geographis*. nedum illa, quam volebat doctiſſimus *Hillus*. Reſpicit quidem certum locum, *Boreale* nempe *Ponti* Promontorium, cui *Notum* verſus *Carambis* adjacebat. Non autem toto hoc Poëmate, *unum* aliquem *certumve locum*, ſed *alium* atque *alium*, ut ferebat occaſio. nedum *Dionyſii Patriam*, quam ex hujus particulæ vi colligit Vir doctus, *Byzantium*. Illi enim ne quidem νοτίῃ erat *Carambis* nedum ὑπερνοτίῃ; ſed *ventum* potius ortus Æquinoctialis, *Eurum*, eadem fere *Latitudine* qua & *Byzantium*. Sic & in voce compoſita ὑπειράλιος, *ad Mare*, non ad *Byzantium*, refertur præpoſitio ὑπὲρ v. 851. ὑπεράνω τῆς θαλάσσης interpretatur *Euſtratius Thwaiteſianus*, *Vicina profundo* Priſcianus v. 803. & v. 1085. ὑπειράλιοι eſt πλησίον τῆς ἁλὸς, in Scholio *Thwaiteſiano*, *Litora* Priſciano v. 995. *glauci contingat gurgitis æſtum*, Avieno v. 1283. & ἠπειρώταις opponitur ab ipſo *Dionyſio*. Ita *exigua* quoque ſpatii intercapedo ſatis erit, ut hæc particula adhibeatur. Sic ὑπεὶρ ἅλα v. 34. & ὑπεὶρ ἅλος v. 897. Sic Ισθμοὶ ὑπέρτατος v. 20. non cum *Byzantio*, nec *Bithynia*, ſed cum *Aſia*

Patriæ ſuæ rationem in uſu particulæ ὑπὲρ non habuit *Dionyſius*, ſed *lineæ* Περιηγήσεως.

Aſia confertur à Poëta noſtro. Et de *Sicilia* uſurpatur v. 103. de *Propontide* v. 138. quo loco hæc obſervavit eruditus *Hillus*; de *Byzantio* non aliter quam quà ipſa ſitum habebat in *Propontide*, cum *Byzantinæ Urbis* nulla hoc in loco occurrat mentio. De *Europa* v. 152. de *Libyæ Neapoli* v. 205. de *Taurorum* gente v. 308. Nec ſane video cur *proprium* aliquem *Geographis* hujus vocis *ſenſum* admitteret Vir eruditiſſimus. Is autem duplex eſt Significat enim tam *ſupra* quam *ultra*, ut etiam ipſe agnoſcit. Sed non reſpectu alicujus certæ *Urbis Patriæ*: ſed *illius* potius loci, qui *ultimus* occurrerat in *ſerie Periegeſeos*. Cum illo conferendæ ſunt notæ omnes *ventorum Cardinalium*, ut Lector intelligeret loco *præcedenti* quam in plagam ſecuturus obverſaretur. Sic *Aſiæ* collatus ἰσθμὸς ὑπέρτατος limes memoratur *Borealis* v. 20. non quod vox ipſa ὑπὲρ *Borealem* limitem, potius quam quemvis *alium*, per ſe denotaret; ſed quod *hanc* in partem *Aſiæ* vergeret; & quod gradus *Superlativus* extremum, quo nihil *ulterius* eſſe poſſet, indicaret. Non foret alioqui neceſſe, ut cum *Oceano Atlantico Oceanum glacialem* ὕπερθεν feciſſet Poëta v. 30. poſtea v. 31. adderet Πρὸς βορέω, ſi hoc idem voce ὕπερθεν ſignificaſſet, ut volebat *Hillus*. Nec enim Poli *Septentrionalis* in ea, quæ tum explorata erat, Οἰκουμένη rationem videtur habuiſſe *Dionyſius*. Hoc exinde certum eſt, quod in *Latitudine* eadem *Septentrionali* (quà quidem ex linea *Æquinoctiali* judicatur) voce ὑπὲρ cum additamento, quo ad *Notum* ſpectare ſignificetur, uſus noſter eſt Poëta, ut ex exemplis conſtat jam prolatis, aliiſque quæ ne quidem ipſe inficiatur ita intelligenda eſſe Dominus *Hillus*. Sic *Dodone* ὑπὲρ, εἰς Νότον tamen, *Aracynthi* ſpeculam agnoſcit in *Ætolia* Poëta noſter v. 431. Sic *Trinacria*, ſive *Sicilia*, ὑπὲρ πέδον Αὐσονικῶν, v. 467. Quo loco ὑπὲρ ſimpliciter de *Byzantii Noto* uſurpatur, *Maris* tamen *Mediterranei* latere *Boreali*. Similiter de *Syniade* Promontorio ἐφύπερθεν Ἀβάντων, v. 511. Hic ἐφύπερθεν per ἔνερθεν interpretatur *Euſtathius*. rectiſſime. Pro ea nimirum voculæ ſignificatione, qua *ultra* denotat potius quam *ſupra*. Eſt enim *infra Eu-*

bœam,

bœam, quæ *Abantias* erat, illud *Atticæ* Promontorium. Multo adhuc magis ſi de ſequentibus, *Salami* ſcilicet & *Ægina*, intelligatur, quod fuerint ἐφύπερθεν Ἀβάντων. *Abantias* enim *Eubœa* erat. Nec ὑπὲρ, hoc in loco, de plaga *Boreali* intelligi potuit, nec ad *Byzantium* referri, ſi ita intelligeretur. Nec tamen alio aliquo *additamento* ſignificatio ejus limitatur, ut ad *alium*, quam *ſolebat*, cardinem determinaretur. Uſurpatur porro eadem particula ὑπὲρ v. 308. de *Alanis*, quà cum *Tauris* conferebantur, non cum *Byzantio*. Nec vim, fateor, particulæ *ultra* in eo loco habet, ſed *ſupra* potius; & ad plagam refertur *Septentrionalem*. Sed *propria* quædam erat ratio, cur hoc in loco adhiberetur, quæ nec ipſa quicquam habet commune cum ſitu *Byzantii*. In *ſerie* narrationis mentio *Alanorum* v. 305. præceſſerat mentionem *Taurorum* v. 306. Inde proclive erat Lectori ut colligeret, in linea Περιηγήσεως, quæ ab *Occidente* verſus *Orientem* progrediebatur, primo occurrere *Alanos*, tum deinde *Tauros*, & ad Alanorum *Orientem* ſitos fuiſſe *Tauros*. Hoc ab errore ut ſibi caveret Lector, monendum cenſuit Poëta, nec *anteriores Tauris* in *linea* Περιηγήσεως fuiſſe *Alanos*, priori licèt loco memoratos, nec *medios* inter *Tauros* & (qui proxime ſequuntur v. 309.) *Melanchlænos*. quorum alterum fieri neceſſe erat, ſi Περιηγήσεως *ordo* in hac gentium harum ſerie fuiſſet obſervatus. Hoc ergo innuitur particula ὑπὲρ, in *Alanorum* mentione, à *recepta* Περιηγήσεως linea *deflexiſſe* Poëtam, & ὑπέρβασιν feciſſe. Sic enim in *lineis* curſuum *Agoniſticis* ὑπερβασίαι appellabantur, ſiquis *extra* metas *legitimas* curſui præſcriptas devium curſum tenuiſſet. Sic, & in *Maris Mediterranei* Periplo cum antea lineam ſecutus eſſet, quæ ad *lævam* habebat *Italiam* v. 98. mox ad *dextram Libyæ* oram deflexurus in qua erant *Syrtes*, v. 104. &c. eam ὑπὲρ Σικελῆς χθονὸς ponit v. 103. Mox ad ordinem *antea* obſervatum redit, quo mare *Siculum* proxime excipiebat mare illud quod *Creticum* appellabatur, v. 109. Sed in eo maxime præſidium ſe habere credidit Vir doctus, quod poſt *Ilium* in Poëta noſtro ſequitur

 Æolis:

Æolis: Αἰγαίε περὶ χεῖλος, ὑπὲρ μέγαν Ἑλλήσποντον. v. 821. Hæc *Byzantii* reſpectu melius intelligi arbitrabatur, quam *Africæ*, *Corinthi*, *Sami*, *Rhodi*, aut *Mileti*, aut alterius cujuſvis *Dionyſii Patriæ*. Atqui nihil erat neceſſe ut quamvis harum *Patriarum* hoc loco in animo habuerit Poëta: ſed *Ilium* tantummodo proxime ſuperiori loco memoratum. De *ea Urbe* veriſſimum erat, in *Helleſponti Ægæique* Maris *confinio* ſita, ultra *Helleſpontum*, initio autem *Maris Ægæi*: pro *lineâ* ſcilicet Περιηγήσεως (quæ à *Septentrione Auſtrum* verſus progrediebatur) hoc loco à Poëta obſervatæ. Erat quidem *Byzantii* reſpectu in ulteriori *Helleſponti* ripa *Æolis*. Sed nec minus reſpectu *Corinthi*. Nihil tamen de eo Poëta, itane, an aliter, ſe res habuerit. Nec magis validum Argumentum eſt à v. 138. ductum, in quem hæc commentabatur, de Populis *Aſiæ* ὑπὲρ Προποντίδος πρὸς Νότον v. 139. Verè enim *Aſia* illa, *Propontidi* collata, *Notum* verſus adjacet. *Aſia* nempe *Lydiaca*, ſeu *Proconſularis*, uſque ad ſinum *Lyciæ*, ἀπείτων φύλων nomine à Poëta noſtro celebrata, *Populorum* ſcilicet CCLXXXII. teſte *Plinio* Nat. Hiſt. lib. V. c. 32. Eſt illa quidem *Byzantio* etiam *ulterior* & πρὸς νότον. Sed Domini *Hilli* hæc erat, non *Dionyſii* obſervatio, quæque proinde nihil faciet ad explorandam *patriam Dionyſii*, de quo loquimur, *Periegetæ*. Qua tamen ὑπὲρ *adverſam Byzantio* oram *Aſiæ* deſignat; ſic tam ὑπὲρ Κορίνθε dici potuit pars illa *Aſiæ Populorum* frequentia celebris, quam ὑπὲρ Βυζαντίε. Sed nec *Amaſeam* patriam ſuam habuit pro *Geographiæ* ſuæ norma *Strabo*, ut volebat vir Eruditus.

Sed nec etiam *Strabo* ſuæ *Amaſea*.

XXXIII. At nimirum, in locis *Amaſea Auſtralioribus*, ea ὑπὲρ *Auſtralia* cenſeri quæ ab *Amaſea* verſus *Auſtrum* remotiora ſunt. Huc refert quod ait doctiſſimus Geographus *Heliopolitem Ægypti Nomum* ὑπὲρ *Bubaſticum* fuiſſe l. XVII. p. 805. & ὑπὲρ τ Συρίας ſimiliter conſtitutos *Nabatæos*. lib. XVI. p. 779. C. Contra ait rem ſe in *Borealibus* habere. Hîc nempe ſedem *Amazonum* in quam è *Themiſcyra* & *Thermodonte* pulſæ ſeceſſerunt, ἐν τοῖς ὑπὲρ τ Ἀλβανίας ὄρεσι ponit,

lib.

lib. XI. p. 503. cujus teſtem profert *Theophanem Pompeji* in *Albanos* militantis ſocium. Hîc ergo locum *Septentrioni* propiorem fuiſſe quam fuerit *Albaniæ*, particula illa deſignatur. Sic & in plaga *Orientali Albanos* & *Iberos* ὑπερκειμένους τῆς Κολχίδος fuiſſe docet *Strabo* lib. VI. pag. 288. *Orienti propiores* quàm fuerint, non *Colchi* tantummodo, verum etiam *Amaſeni Strabonis* cives. Similiter in *Occidente Hiſpania Pyrenæo* monti ὑπερκειμένη dicitur eidem *Auctori*, quæ monti ad *Occidentem* adverſa eſt. Recte ſcilicet, quod montem à *Septentrione* ad *Auſtrum* pertingere ſtatuat idem Geographus. Eſtque certe *Amaſeæ* reſpectu ſimiliter *Occidentalis*, & ab *Amaſea* verſus *Occidentem* remotior quam ſit mons ipſe *Pyrenæus*. Sed quem *ſitum* loca illa omnia obtineant, ſi ad Patriam ſuam *Amaſeam* conferrentur, nunquam obſervavit ipſe *Strabo*. Hæc Domino *Hillo* debemus, non *Straboni*. Sed *verba* ſunt *Strabonis* quæ huc referri oportere cenſuit Vir literatus: Ἐκ δὲ Ἀμισοῦ πρὸς τὴν ἰσημερινὴν ἀνατολὴν φερομένῳ, πρῶτον μὲν ἡ Κολχίς ἐστιν, ἔπειτα ἡ ἐπὶ τὴν Ὑρκανίαν θάλατταν ὑπέρθεσις. lib. II. p. 68. C. Nihil tamen habet locus hic affine cum locis aliis ex eodem *Strabone* prolatis. Nec *Amaſeam* hîc nominat, ſed *Amiſum*: urbem etiam ipſam inſignem, quæque ditionem *Amiſenam aliam* habuerit, *Strabone* ipſo teſte, à ſua patria *Amaſena*. Sed *Ponticam* ſaltem regionem pro norma hîc haberi cenſuit vir præclarus, in qua erat *Amaſea*. Quaſi vero per *totam Ponticam* regionem *lineam* illam ὑπερθέσεως deſignâſſet; aut ſi regionem *univerſam* una aliqua Regionis *urbe* deſignare voluiſſet, non fuerit *Amaſeam* potius quam *Amiſum* deſignaturus ipſe *Strabo*. Nec interim advertit Vir Eruditus, hæc *Strabonis* quidem eſſe *verba*; quibus tamen *ſententiam* non ipſe ſuam expoſuit, ſed *Eratoſthenis*, qui non fuerit *Amaſenus*, ſed *Cyrenæus*. Atqui certe ſi quam iſtiuſmodi *univerſæ* ſuæ Geographiæ *normam* ſibi in *Patria* ſua præſtituiſſet; vel in duobus primis (qui *Præfationis* vicem ſupplent) Libris, illud monuiſſet vel ſaltem ubi de *Patria* ſua agebat ex profeſſo, & quidem accurate. Quod cum *neutro* in loco fecerit; inde quoque

 colligere

colligere licebit, ut *Teſtimonio nullo* idoneo *probatum*, ita *alienum* à *Strabonis* mente eſſe, quod ſuſpicatur Vir doctus, *Strabonis conſilium*. Ego in exemplis è *Strabone* prolatis nihil video, quod non ſatis commode explicari poſſit è *linea* illa *Periegeſeos*, quam ſibi præſcripſit Geographus. Incipit illa à freti *Herculei* latere *Europæo*. Pergit autem per *Maris Mediterranei oram* univerſam, præterquam cum in regionibus verſatur quæ *Oceano* ipſo circumſcribuntur. In *Europæ* autem fine *Septentrionem* verſus aſcendit ad lacum uſque *Mæotida*: inde viceverſa ad *Meridiem*, ut univerſam abſolvat *Aſiam*. Tum denique ad *Libyam* redit ad *fretum* uſque, unde fuerat exorſus, *Herculeum*. *Multas* præterea *lineas* his immiſcet *lineis*: dum à Regione *una* ad *aliam* tranſit regionem, dum Regionum *ambitum* deſcribit, eoque abſoluto, loca denique recenſet *mediterranea*, pro eo *ordine* qui ſibi commodior videbatur. Ita factum ut pro *vario* περιηγῦντος, locorumque proxime deſcriptorum, *ſitu*, ad varios adverſoſque invicem *Cœli* cardines fiat progreſſio, nullo interim loci *unius* cujuſcunque per *univerſam* Περιήγησιν habito reſpectu. Ita ſcilicet ex *Aſiæ Syriâ* verſus *Libyam* tertiam Οἰκυμένης partem progredienti *ulterior* erat *Nabathæa*, verſus *Auſtrum*. Dum nempe oram περιηγήσεως legeret *maritimam*. Sic *Lybiam* ingreſſo ulterior Nomo *Bubaſtico* Nomus erat *Heliopoliticus*. Qua ſcilicet remotior erat *Heliopoliticus* ab *ora*, quam tum legebat, *Maris Mediterranei*: nec in *alio* cœli *cardine*, quam in eo, in quo ipſe Περιηγητὴς tum ſupponebatur, *Auſtrali*. Et *Iſthmum* obeunti, qui *medius* erat inter *Pontum Euxinum* & *Caſpium*, quique à nonnullis pro *Boreali Aſiæ limite* habebatur, ad *Boream* objacebant *ultra* Boreales *Albaniæ* montes ſitæ *Amazones*. *Albani* autem & *Iberes* erant *ultra Colchos*, & quidem ad *Orientem*. Quà quidem via Περιηγήσεως per *Euxini* Maris oram *Maritimam* verſus *Meridiem* incedebat. Sic item ad *Pyrenæi* montis *Occidentem* ſita erat *Hiſpania*. Illi nimirum, qui ſic loquitur, quaſi *medius* inter *ſe* & *Hiſpaniam* eſſet mons ille, de quo loquitur, *Pyrenæus*. Quod fieri non potuit

niſi

niſi ſe, qui ita loquebatur, in *Gallia* verſari ſuppoſuiſſet. Non itaque vel *unum* habebat *exemplum* Vir Doctus *Geographi veteris*, qui *ſitus* omnium in Orbe Urbium ad *Patriam* ſuam exegerit. Imo *incommoda* fuiſſet in *Geographia Univerſali* illa methodus; quæ nec *una Periegeſeos linea* abſolvi potuit, & *reliquorum Geographorum* omnium rationibus invicem *confundendis* occaſionem dediſſet.

Corintho conveniunt ſatis *commode*, quæcunque in hoc Poëmate occurrunt *Patriæ* notæ.

XXXIV. In noſtra autem ſententia omnia facilia ſunt. *Unicus* memoratur à veteribus *Dionyſius Corinthius* qui *Orbis Periegeſin* ἐπικῶς deſcripſerit. Nec *plures* apud *Veteres* uno *Poëtæ* Περιηγητῶν *nomine* advocantur. Nec aliunde quam ex *uno hujus Periegeſeos* Auctore celeberrimo *Carmina Periegetica* in teſtimonium adducuntur. Nec *ſuam* ipſe *Patriam* neglexit. Sed ſub Ἐφύρης antiquo nomine celebravit, v. 421. Et quidem eo *bimaris* portus elogio, v. 420. quo etiam apud alios celebratur. *Patriam* tamen agnoſcit *Romam*, cui Patria *alia* conferri non potuit; cum *communis* illa eſſet Orbis *Romani univerſi* Patria. Hoc certe nomine *Romanos Imperatores* ἐμὰς ἄνακτας appellat, v. 355. Quod *eadem*, qua & ipſe, *Patria*, cenſerentur etiam *Romani* Imperii *Principes*. In qua tamen *Patria* ſibi vendicanda *potiorem* ipſe quam *aliarum* plerarumque Urbium cives rationem habebat. Reſtaurata enim à *Julio Cæſare Corinthus colonia* erat *Romana*. Fecit id ut *natus* in ea *Dionyſius* hoc ipſo Jure *Romanus* fuerit *civis*, etiamſi *nulla* fuiſſet indulgentia *Caracallæ*. Ita S. *Paulus Tarſi* editus, ſtirpe *Judæus*, *civis* erat *Romanus*, & quidem à *natalibus*. Similiter & *Græcus* gente & lingua *Dionyſius Principes* tamen *Romanos concives* habuit, ipſo illo *Natalium* Jure *ſibi* proprio cum *aliis Romanorum coloniis*; quod in ea *civitate* ortum habuit, quæ, *nova* ſua ſub *Julio* reſtauratione, *colonia* erat *Romana*. Idque, ni fallor, innuit forma qua uſus eſt, ἐμὰς Imperatores appellans, non ἡμετέρους. *Proprio* nimirum quodam *Jure ſuos* fuiſſe *Romanorum Principes*, non eodem illo, quo Urbes *aliæ Romani Imperii univerſi Romanos rerum Dominos*

minos

1 *Antea* Mollibus 2 *Al.* ore pateſcit. 3 *Legi poteſt*, ſed & eminus &c. 4 *Antea* dehinc, circumfluus & quas Æſtuet.
5 *Vulg* culmine pulſentur & *mox* carmine 6 *Id. eſt*: Sacrum promontorium 7 *Vulg*. Rheni.

Devexo accipiat cœlo notus. inde fluenta
Tenduntur Scythici longe maris in facis ortum
Eoæ, [1] qua cyaneis erepit ab undis
Inſula, quæ priſci ſignatur nominis uſu
Aurea, quod fulvo Sol hic magis orbe rubeſcat.
Contemplator item [2] qua ſe mare tendit in Auſtrum,
Inque notum oceanus freta ponti cærula curvat:
Altaque Coliadis mox hic tibi dorſa pateſcent
Rupis, & intenti ſpectabis ceſpitis arces.
Pro quibus ingenti conſiſtens mole per undas
Inſula Taprobane gignit tætros elephantos,
Et ſuper æſtiferi torretur ſydere cancri.
Hæc immenſa patet, vaſtiſque extenditur oris
Undique per pelagus: latus [3] autem protinus olli
Agmina cetoſi pecoris vaga monſtra profundi
Adludunt. fervent Erythræi marmora ponti
Tota feris. hæc ut rigidi juga maxima montis
Nubibus attollunt latus omne & terga tumeſcunt:
Inſtar in his rupis ſpinæ tenor arduus adſtat.
Molibus in celſis rupis quoque creber inhorret.
Ah [4] nequis rapidi ſubvectus gurgitis unda
Hæc in terga ſalis lembum contorqueat unquam:
Ah ne monſtrigenis hoſtem licet inferat æſtus
Fluctibus. [5] immodice late patet oris hiatus
Quippe feris, antro panduntur guttura vaſto:
Protinus hæc ipſas abſorbent fauce carinas,
Involvuntque ſimul mox monſtra vorantia [6] nantes.
Ogyris inde ſalo promit caput, aſpera rupes
Carmanidis qua ſe pelagi procul invehit undas.
Regis Erythræi tellus hæc nota ſepulchro
Tenditur, & nudis juga tantum cautibus horrent.
Perſicus hinc æſtus fauces hiat. inſula rurſum,
(Si tamen in boream flectantur carbaſa cymbæ)
Icarus aërio conſurgit vertice in auras,
Icarus ignicomo Soli ſacra: namque Sabæi
Thuris ibi ſemper vaga fumum nubila volvunt.
Inſulæ in oceani procurſibus hæ tibi tantum
Carmine [7] ſunt dignæ. multas vehit undique pontus

1 *Ita (cum Salmaſio in Exerc. Plin. p. 700.) legimus; aut ſic,* --- ortus Eoos, ubi cyaneis &c. *antea* Eoa & ut coëaneis ſe repit ab undis. 2 *Locum reſtituit Salmaſ. in Exerc. Plin.* p. 783. *antea* Contemplator item ceu ſe mare in auſtrum. *& mox* cærula curvet. 3 *Ita ex conjectura. Vulg.* aut protinus olli. 4 *Sequuti ſumus Pricei conjecturam in notis ad Apuleii Mileſ.* p. 59. *antea* An æquis rapidi ſubtectus &c. *& mox* v. 789. An ne monſtrig. 5 *Malim* immodici. 6 *Forſan* nautas. 7 *Ita in Ed. Madr. Pithœus corrupte edidit:* Carmine rundigenæ.

Præte-

Præterea parvas ſpecie famaque carenteis.
Pars videt Europam: non has tamen aut modus oræ,
Aut interna cavi commendat vena metalli.
Harum aliæ diris reſerant vix littora nautis,
Et ſcaber in multis ſcrupus riget, undique iniquus
Subrigitur vertex, & inhoſpita ceſpitis ora eſt.
Harum quis valeat [1] numeroſa ut nomina fari?
Pars Aſiam, Libyam pars adjacet altera ponto.
Si velit has ullus, velit idem ſcire quot alto
Curventur fluctus pelago, quot ſidera cœli
Elucent [2] flammis, quot robora proferat Ida,
Quantus arenarum numerus verſatur ab Euro.
Carmine nunc Aſiam formet ſtylus. incute doctam,
Phœbe, chelyn; totis Helicon adſpiret ab antris.
Maxima pars orbis narrabitur, inclyta tellus
Prometur Muſis. terrarum ſumma duarum
Unius eſt limes, [3] quæ ceſpite protegit ambas.
Vaſtius eſt Aſiæ diti caput, indeque ſenſim
In matutinos oram conducitur axes.
Hic adſtare procul Bacchi fert fama columnas,
Ultimus oceani qua terras adluit æſtus,
Indica qua rupes tumet extima, qua vaga Ganges
Ceſpite dorſa trahens [4] Nyſſæum in Platamona
Porrigitur. ſimilis nequaquam eſt forma duabus,
Nec modus eſt compar. ſecat unus denique pontus
Europam & Libyam: multus circumſonat iſtam
Oceanus, trinoque ſinu vagus influit æſtus
Unam Aſiæ molem. ſinus iſtam Perſicus inſtat,
Maximus hanc Arabum ſcindit ſinus, & ſinus æquor
Inſerit Hyrcanus. duo nigri partibus Auſtri
Curvantur, rigidam ſuſpectat tertius Arcton.
Hic & in Euxini prorepit marmoris undam,
Et zephyrum tergo ſpectat procul. adjacet ambos
Tellus multa dehinc, & longis tenditur arvis.
Aſt Aſiam incumbit vaſto mons aggere Taurus,
Interſtatque jugo mediam, Pamphylia campo
Qua jacet incipiens, [5] ac verticis ardua ducit
Indorum ad pelagus: nunc autem [6] ſubrigit idem
Obliquas arces, & flexilis aëra pulſat:
Nunc directa ſolo tentus veſtigia figit.
Mille dehinc amnes unus vomit, exſerit unus

1 *Id eſt*: harum ut quis valeat num. &c. *Vel forſan legendum*, numeros aut nomina fari? 2 *Vulg.* flammas. 3 *Vulg.* qua. 4 *Ita in Græcis Dionyſii.* 5 *Antea* ad verticis ardua ducit Indorum pelagus. 6 *Male in Edit. Madr.* ſubluit.

Flumina

Flumina per terras, vel qua riget ora Bootis,
Vel qua lene notus ſpirat, qua perſtrepit Eurus,
Et qua [1] dilecto zephyrus ſuſtollitur axe.
Nec tamen hic uno ſignatur nomine ubique,
Sed dum flectit iter, novus emicat; utque tumenti
Gens vicina ſubeſt, peregrina vocabula mutata
Accipe qui populi circundent denique Taurum.
Mœotæ primi ſalſam cinxere paludem.
Obſervatur item trux Sarmata, bellica quondam
Gentis Amazonidum ſoboles: nam cum prius illæ,
Egiſti [2] vaſti prope flumina Thermodontis
Threïcio de Marte ſatæ, junxere profectæ
Concubitus. longas exercet Sarmata ſilvas:
Ex quibus elapſus Tanaïs procul arva pererrat
Barbara, & in ſalſam protendit terga paludem.
Hic Aſia Europam diſterminat. arduus iſtum
Caucaſus eructat. Scythicos hic fuſus in agros
Inpacatorum nutrit pubem populorum.
Hujus utrumque latus quatit amplis bruma procellis,
Conſtrictumque tenent hunc frigora. proxima rurſus
Cimmerii Sindique colunt. [3] Cercitia gens eſt
Atque Oretarum propter genus: indeque Achæi
Ab Xanthi ripis atque Idæo Simoënte
Inter [4] cauricrepas & ſcrupoſas convalles
Tranſvexere larem. juxta gens aſpera degit
Heniochi, [5] Zygiique dehinc, qui regna Pelaſgûm
Linquentes quondam tenuerunt proxima ponti.
Impiger hos propter Colchus colit. iſte feraci
Exſul ab Ægypto celſæ [6] ferit aſpera rupis.
Caucaſus Hyrcanæ nimium conterminus undæ eſt.
Hujus valle procul Phaſis gemit, iſtius antro
Agmina provolvit, Circæaque lapſus in arva
Incidit Euxinum borealis cardine cœli.
Rurſus in eoæ lucis confinia tellus
Inclinata jacet gemino vicina profundo.
Caſpinam late terram [7] ſuperadluit unda,

1 *Vulg.* delecto. 2 Egiſti *vox nihili eſt. Ad hunc forſan modum refingenda ſunt verba:* nam cum prius illis, Ejectæ (*aut* Egeſtæ, *aut* Exactæ) vaſti prope flumina Thermodontis, Threïcio &c. *Amazonas Martis filias dici teſtatur Iſocrates in Panathenaico. V. Petr. Petitum de Amazonibus*, p. 21. & 207. 3 *Scribe* Cercetia, *& mox* Toretarum. *Harduin.* ad Plinii lib. VI. p. 756. 4 *Ita ex Emendatione Cl. Salmaſii in Exerc. Plin.* p. 890. *Antea* Inter chauri crepaſſent ſcrupoſas convallis *. *Forſan* in Coracis ripas 5 *Sic ex Græcis Dionyſii. Vulg. corrupte,* * Iniochi perique hinc &c. 6 *Vulg.* ferit. 7 *Antea* ſuperabluit.

Euxi-

Euxinique ſubeſt tergum ſalis. aſper Hiberus
Hic agit: hic olim Tyrrhenide pulſus ab ora
Ceſpitis eoi tenuit ſola; ceu vaga ſæpe
Fors rapit exactos. primi tenet æquora campi
Gens Camaritarum, qui poſt certamina Bacchum,
Indica Baſſaridum cum duceret agmina victor,
Accepere caſis, menſaſque dedere Lyæo
Orgia ludentes, & nebride pectora cincti
Deduxere choros, Nyſſæi ludicra ritus.
Hos ſuper in fluctus adſurgit Caſpia Tethys.
Hæc dicenda mihi. nec diri gurgitis unquam
Luſtravi pinu freta barbara, nec vagus orbem
Undique reptavi. ſic vaſti flumina Gangis,
Caucaſeas arces, & dumicolas Arienos
Incentore canam Phœbo, Muſiſque magiſtris
Omnia veridico decurrens carmine pandam.
Caſpia per teretes Tethys diſtenditur oras,
Et ſinuant curvis hanc totam littora terris:
Tantum ſed fuſo pontus jacet iſte profundo,
Ut ter luna prius reparet facis incrementa,
Quam quis cæruleum celeri rate tranſeat æquor.
Gurgitis oceanus pater eſt: namque iſta nivalis
Axe Helices infert rapidi freta concita ponti,
Et ſinus inde tibi pelagus trahit. hic vada propter
Caſpia verſatur Scytha belliger: hicque feroces
Degunt Albani. trux illic arva Caduſus
Dura tenet, Mardi celeres, Hyrcani, [1] Apyrique.
Ceſpite vicino Mardus fluit, & procul ipſos
Accedit Bactros; attingens denique atroces
Agmine Dercebios, medius diſterminat ambos,
Hyrcanique ſalis tumido convolvitur æſtu.
Sed Bactrena ſalo vaſto procul arva recedunt;
Parneſſique [2] jugi tegitur gens rupibus illa:
Dercebios aliud cohibet latus, & vada tangit
Caſpia. tum clari pharetris agilique ſagitta
Maſſagetæ glauci ſuccedunt flumen Araxis,
Durum ab ſtirpe genus, placidæ mens neſcia vitæ,
Ignorant flavæ Cereris commercia, Bacchi
Semper inexpertes animam traxere ferinam.
His cibus & potus ſimul eſt: nam ſanguinem equinum
Et lac concretum per barbara guttura ſorbent.

1 *Dionyſio* Tapyrique. 2 *Ita ex Dionyſii Codd. Antea* Parnaſſique. *In Dionyſio* Παρνασοῖο *&* *in Avieno* Parniſſique *legit Salmaſ. in Exerc. Plin.* p. 554.

Nec

Nec procul ad boream diri poſuere Choraſmi
Hoſpitia, & juxta protendit Sugdias agros,
Sugdias ingenti quam flumine [1] diſſicit Oxus.
Hic procul Emodi latè ruit aggere montis,
Et per prolixos evectus protinus agros
Caſpia propellit fluctu freta. [2] qua perit hujus
Fluminis os, diri ripas habitant Iaxartæ.
Tendere non horum quiſquam certaverit [3] arcum.
Ambitus hos etenim multus trahit, & grave curvis
Pondus ineſt taxis, longo ſunt ſpicula ferro,
Et rigor in nervis velut [4] obvius. inde cruenti
Sunt Tochari, [5] Phrurique truces, & inhoſpita Seres
Arva habitant, gregibus permixti oviumque boumque
Vellera per ſilvas Seres nemoralia carpunt.
Ultima [6] Epetrimos tellus habet: & procul iſta
Caſſa virum eſt, nullis pecorum balatibus agri
Perſultant, herbæ viduus jacet undique ceſpes
Fronde carens, nuſquam terras interſecat amnis.
Caſpia tot late circumdant æquora gentes.
Nunc rurſum ab Colchis & glaucis [7] Phaſidis undis
Occiduum ad ſolem populos memorate Camœnæ,
Uſque in Threïcii fauces maris. aſpera primum
Byzerum [8] gens eſt: [9] diri ſunt inde [10] Bechiri,
Macrones, Phylirique, & pernix [11] Durateûm gens.
Inde Tibareni Chalybes ſuper, arva ubi ferri
Ditia vulnifici crepitant incudibus altis.
Poſt hos Aſſyriæ tenduntur jugera terræ,
Armenioque jugo late ſurgens Thermodon
Gentis Amazonidum lambit ſata. nec minus illic
Erigit excelſa in faſtigia priſca Sinope.
Hanc urbem quondam, magni Jovis ardor, Aſopi
Virgo locans, ſævæ propter confinia terræ,
Aulam habuit, plebemque ſuo de nomine dixit.

1 *Ita In Edit. Pithœi.* Disjicit *in Ed. Madr. Al.* diſſecat. 2 *Ita emendavit Ulitius in Comment. ad Gratium*, p. 144. *In Pithœi Edit.* --qua petit hujus Fluminis oſdibiripas habitant Jaxartæ. *In Edit. Madr.* -- qua petit hujus Fluminis occidûi ripas, habitant Laxartæ. *Legi poteſt*, qua patet hujus Fluminis os, Sacæ ripas habitant Iaxartæ. *Verum (ut ait Ulitius) qui Sacas ex Dionyſio inferciunt, ipſius potiùs quam Avieni mentem aſſequuntur, cui hoc familiare ſatis ab Auctore ſuo diſſentire.* 3 *Antea* arcus. 4 *Forſan* Oſſeus. 5 *Vulg.*Frurique. 6 *Hic loci Avienus adjectivum* ἱππηϛέμυς *nomen proprium facit: quod ignorantiam ejus tam in lingua Græca quam in Geographia prodit.* 7 *Vulg.* Faſidis. 8 *Antea* eſt gens. *Forſan* Byzerorum *ab Avieno.* 9 *Forſan* duri. 10 *Juxta Dionyſium* Bechires.*& mox* Philyres 11 *Apud Dionyſ.* καὶ οἳ μοσύνας ἔχυσι Δυρατίυς. *ſc. Moſſynæci.*

Nec procul hinc purus laticem devolvitur Iris;
Et citus Armeniæ rurſum convallibus artis,
Qua vaſtum in pelagus vergit ſaxoſa Carambis,
Surgit Halys. tum Paphlagonum ſata longa pateſcunt,
Et Mariandynûm gens incolit, unde triformis
Ora canis ſuperas quondam produxit in [1] oras
Alcides Erebo. propter Bithynia glebam
Exſerit. hic late Rhebas extenditur amnis,
Rhebas, cyanei qui [2] difficit æquora ponti,
Rhebas, argento ſimilem qui porrigit undam.
Hi pontum cingunt populi. nunc illa canetur
Ora Aſiæ, glaucus pelagi quam ſubluit æſtus
Axe noti [3] in fauces rapidi procul Helleſponti,
Et freta qua ſpumant Ægyptia partibus auſtri,
Uſque Arabes & longa Syræ confinia terræ.
Dictus enim quantus rigidas Scytha degat ad arctos.
Chalcedôn tumulus fluctu circumdatus alto
Eminus Europen proceraque mœnia Byzæ
Adſpicit. ab tergo tendit Bebrycia glebam,
Celſaque nubiferæ ſuſtollit culmina rupis
Myſus ager: Myſos tacitum diffuſus in æquor
Tergaque flaveſcens ſulcat Cius: hujus ad undam
Pulcher Hylas nymphis quondam fuit anxia cura.
Hinc in cæruleum cedit ſinus Helleſpontum,
Explicat & Phrygiam, tellus [4] incurvat in orbem.
Major Sangario late præſtringitur amni:
Hæc procul eoos procedit plurima in axes,
Fertilis herbarum. qua cœlum rurſus in umbras
Inclinat vertex, panduntur terga minori,
Quæ jacet immenſæ late ſub rupibus Idæ,
Infortunatam pertingens ceſpite Trojam.
Æolis inde patet vaſtum ſuper Helleſpontum.
Ægæi per terga ſali prolixus Ionum
Rurſus ager glebam protenditur. hunc ſecat ingens
Mæander, ſalſique ruens vada gurgitis intrat.
Comminus hic gelidi qua ſpirant flabra aquilonis,
Urbs Epheſus [5] tætræ ſuſtollit fana Dianæ,
Munus Amazonidum memorabile. nec minus inde
Lydia procedens longum latus explicat euro:
In qua vitiferæ Tmolus juga proſerit arcis,

1 *Al.* auras. 2 *Ita & ſupra, verſu* 925. *iterum in Edit. Madr.* disjicit. 3 *Al.* ad fauces. 4 *Al.* curvatur. 5 *In Vulgatis* quà tætræ. *Munckerus legit,* Urbs Epheſus tetricæ qua attollit fana Dianæ.

Et Pactolus aquas agit auriger, arva canoris
Perſultant cygnis, [1] curvis ſedet undique ripis
Creber ales, lætis adſurgunt gramina campis,
Herbaque [2] luxuria loca ſemper pinguia veſtit.
Sed locuplete magis Mæandria gleba recumbit
Ubere, [3] nam blandi terram rigat unda Cayſtri.
Mæonis hic etiam deducit turba choreas:
Aurea ſubnectunt hæ vincula, ritus Iaccho
Luditur, atque ſacris feriunt ululatibus æthram;
Virgineuſque chorus late ſtrepit, exſilit omnis
Cœtus, [4] & inſtabilis vaga pendunt corpora damæ:
Caurorum quoque flabra deo famulantia ludunt
Ritibus in vulgi; ſubeunt hæc ſerica ſæpe
Pallia, & impulſi zephyris agitantur amictus.
Hæc linquenda tamen læto reor omnia Lydo.
Qua ſe Xanthus agit Lyciorum tenditur ora
Inclinata mari, ſurgunt ibi culmina Tauri
Pamphyliæ in fines. [5] hoc idem Cragus habetur
Nomine ſub gentis: prope celſam ſurgit in arcem
Priſca [6] Side. ſus hic calidis adoletur in aris
Sæpe Dionææ Veneri. ſtat Corycus alta,
Stat Perge propter, ſtant ardua tecta Phaſelis
Eminus, & Phœbi radiis tremit æmulus ardor.
Inde Lycaoniæ tractus jacet. impiger agros
Incola decurrit, ſitit atrum dira cruorem
Gens hominum, & ſævo paſcuntur pectora bello.
Tum Piſida ferox exercet pingua culta,
Termeſſuſque dehinc urbs eminet, [7] eminet arcem
Inclyta per nubes attollens mœnia Lyrbe,
Et Lacedemoniæ ſurgunt faſtigia Selges.
Plurimus hinc terras intrat ſinus, [8] undaque longe
Vicina Euxino rupti ſola ceſpitis urget.
Hic [9] diros Cilicas trames tenet, inque diei
Tenditur exortum. ſulcant duo flumina terram:
Pyramus hic undas, hic volvit Pinarus æquor.
Cydnus item mediæ diſcernit mœnia Tarſi.

1 Curvas ſed & undique ripas *edidit Pithœus*. curvas ſedet &c. *in Ed. Madr.* 2 *Forſan* luxurians. 3 *An.* quam? 4 *Ita Pithœus. In Ed. Madr.* & inſtabilis vaga pendent corpora damm*. *Forſan*, & inſtabiles vaga &c. 5 *Vulg.* hic. 6 *Ita Salmaſ. ad Solinum*, p. 549. *In vulgatis* * Priſcas Idæ fomes &c. *Voſſius ad Melam*, p. 72. *Avienum ſupplet, & legit hoc modo.* —prope celſam ſurgit in arcem Piſcoſi Aſpendus flumen ſecus Eurymedontis, Sus ubi deformis calidis &c. *ac ſi ex duobus verſibus librarii unum fecerant.* 7 *Illud* eminet *repoſui, quum vox una aut altera deeſſet in Editis.* 8 *Vulg.* undiq; 9 *Ita Salmaſius in Exer. Plin.* p. 549. *antea corrupte*, Hic diros cœli caſtrames tenet.

Pega-

Pegaſus [1] hoc olim ſuſpendit ceſpite ſeſe,
Impreſſæque ſolo liquit veſtigia calcis:
Eſſet ut inſigni revoluta in ſæcula ſemper
Nomen humo, clari poſt ultima Bellerophontis.
Hic ceſpes late producit Aleïus arva;
Horreſcitque comis nemorum, per inhoſpita cujus
Æquora ſecreto vitam protraxerat agro.
Lyrneſſuſque dehinc, hinc Mallus & Anchialia,
Illuſtreſque Solœ poſt carmina Vatis alumni.
Commagenorum propter diffunditur ora:
Et procul Heſperium curvatur limes in axem,
Donec piniferas Caſii prorepat ad arces.
Hinc ſolers Aſiam facili cape carmine totam.
Forma ſit hujus enim talis tibi. quattuor [2] illa
In latera effuſa cordi dato. longior autem
Sit modus his rutili quæ ſpectant ſideris ortum.
Tuque tene primo quod carmine Muſa loquuta,
Totam Aſiam celſi præcingi vertice Tauri
Extima in Indorum. montis tamen accipe molem
Per latus id duci, quo dat Cynoſura pruinas:
Solis ab occaſu vaſtum decurrere Nilum:
Indicum ab eois mare fervere, rurſus ab auſtro
Fluctibus immodicis Rubri ſalis æquora volvi.
Ora Syrûm curvi procumbens littoris acta
In notum & eoi confinia tenditur euri.
Hæc Cœle eſt Grajo ſub nomine. namque duobus
Ut concluſa jugis, vallis vice, multa cavatur.
Ab zephyro Caſius mons imminet: axe diei
Conſurgentis item Libanus premit arduus arva.
Pars procul à pelago terras colit, inque receſſu
Gens agitat. ſalſo quidquid pulſatur ab æſtu,
Phœnicum regio eſt. hi Rubro à gurgite quondam
Mutavere domus, primique per æquora vecti
Luſtravere ſalum, primi docuere carinis
Ferre cavis orbis commercia, ſydera primi
Servavere poli. populis Phœnicibus ergo
Urbs Iope, ſteriliſque dehinc habitatur Elaïs,
Gazaque proceris adſurgens undique muris.
Hic Tyrus eſt opulens, [3] Berytus & optima, Byblos,
Sidoniique lares; ubi labens agmine amœno
Ceſpitis inrigui Boſtrenus jugera findit.

1 *Ita Cellarius. antea* hic olim &c.
2 *Forſan* illam *& mox* effuſam. *aut ſic,* quatuor illa in latera effuſa eſt quadrati.
3 *Vulg.* & Berytus opt.

Nec minus hic Tripolis pingui ſola porrigit agro;
Orthoſiſque [1] dehinc attollitur. hic Marathus ſtat
Littoris extremo caput altis turribus effert
Laodice, & glauci prælambitur æquoris unda.
Hic nemoroſa virent Daphnæ loca, celſa cupreſſus
Erigitur, [2] ramis innectit laurus odora,
Crine Dionæo myrtus diffunditur, altæ
Conſurgunt pinus, & cœlum ſibila pulſant
Robora, mollicomis tellus inſternitur herbis.
Urbs mediis [3] Apamea dehinc conſiſtit in arvis,
Et qua Phœbeam procul incunabula lucem
Prima fovent, [4] Emeſus faſtigia celſa renidet.
Nam diffuſa ſolo latus explicat, ac ſubit auras
Turribus in cœlum nitentibus. incola claris
Cor ſtudiis acuit * amplius imbuit ordo.
Denique flammicomo devoti pectora Soli
Vitam agitant. Libanus frondoſa cacumina turget,
Et tamen his celſi certant faſtigia templi.
Hic ſe indit juxta tellurem glaucus Orontes,
Nec procul Antiochi vagus interlabitur urbem,
Præſtringitque undis Apamenæ jugera glebæ.
Fertilis hic ceſpes protenditur, arvaque amica
Sunt pecori, [5] in fructus facilis Pomona reſurgit,
Et fœcunda Ceres campo flaveſcit aperto.
Si rurſus tepidum via deflectatur in auſtrum,
Curva ſinus Arabis ſuccedent æquora propter.
Namque Arabas Syriæque ſolum ſinus iſte [6] fluento
Dividit, & tentis procul interfunditur undis:
Et tamen eoos paulum inclinatur in axes
Uſque in belligeri confinia flexus [7] Elani.
Hinc tellus Arabum producit ceſpite campos,
Et latera ab gemino ſale tingitur; abluit æſtus
Perſicus hanc, Arabumque ſinus rigat æquore terras.
Hic ſua flabra polo ſpirant: nam Perſicus euro
Turgeſcit vento, zephyro ſinus æſtuat alter.
Pars alia in [8] primos quæ ſemet porrigit ortus,
Et notus inſurgit qua nubifer, æquore Rubri
Tangitur oceani; felici terra recumbit
Tota ſolo. tellus hic ſemper flagrat odoro
Ceſpite: [9] prorumpit lachrymoſo ſtipite myrrha,

1 *Antea* Orroſiſque dehinc &c. 2 *Forſan* ramos. 3 *Vulg.* Apamena. 4 Emeſæ faſtigia celſa renident *legit Salm. ad Vopiſc.* p. 366. 5 *In Editis* infeſtus. 6 *In Edit. Pithœi* fluentæ. *in Ed. Madr.* fluntæ 6 *Ita Salmaſ. in Exerc. Plin.* p. 342. 7 *Prius erat* Hanali. 8 *Vulg.* primos, qua &c. *dein*, cum nubifer &c. 9 *Al.* prorepit.

Myrrha

Myrrha furor quondam [1] Cinyreïus. hic ladani vim
Vellera [2] defundunt, calami coma pullulat almi,
Gignit humus caſiam, concreſcunt thura per agros,
Longaque fœcundis pingueſcit odoribus ora.
Vera fides illic femori ſub imagine partus
Irrupiſſe Jovem penetralia; proderet ortus
Ut ſacer ætheria fulgentem fronte Lyæum.
Naſcenti Baccho riſit pater, undique fulſit
Cœlicolum ſedes, convexaque pura tetendit
Feſta dies: tellus effudit dives odores,
Villoſum ſubitis tumuit pecus incrementis:
Ver habuere ſuum nova [3] framina, flore frequenti
Pinxit terra ſinus, ac nymphis unda cucurrit
Largior: internis etiam procul undique ab oris
Ales [4] amica deo largum congeſſit amomum.
Extemplo Liber ſubnectit nebride pectus,
Effuſaſque comas hedera ligat, inde virenteis
Attollit thyrſos, & blandi luminis igne
Os hilarat, totaque celer diffunditur æthra.
Sed propter Libanum terram ſulcant Nabatæi,
Chablaſiique dehinc, Agreni rurſus, & inde
Chatramis [5] eſt tellus; Canæ vicina, fluento
Perſidis accedit: Rutili contermina ponti
Minnæi Sabathæque tenent, ſuper impiger ampla
Æquora deſulcat glebæ ditis Cletabenus.
Plurima præterea gens circumplectitur illic
Oram Arabum, muta ſed degunt agmina fama,
Et numerus cunctis inglorius. inde Favonl
Qua plaga fœcundos alit [6] almis fluctibus agros,
Barbara montivagos tellus extendit [7] Erembas.
Hi vitam duris agitant in cautibus omnes,
Intectique artus erepunt ardua ſemper
Culmina ſaxorum. non ollis pabula in uſum
Terra parit: glebas abrodunt more ferarum
Jejunas herbæ, nec amicas frugibus ullis.
Hinc ultra Libani rurſum faſtigia celſi
Lux Hyperionio qua ſe ſuſtollit ab ortu,
Alterius Syriæ limes jacet uſque Sinopen
Gurgitis attiguam. mediis hic impigra in arvis

1 *Ita Salmaſ.* p.663. *Vulg.*Memyreius. 2 *Al.* deſudant. 3 *Al.* Flamina, *aut* gramina. 4 *Phœnicem intelligit, qui Soli ſacer. Vide Salmaſ. Exerc. Plin.* p.283. &391. 5 *Ita Salmaſ.* p. 349. & 350. *Antea* Lybdanus eſt tellus Canæ vicina fluento. Perſidis accedunt rutili contermina Ponti Minæi, Sabatæque tenent ſuperi. impig. &c. *Cum in ora maritima. habeamus* canus ceſpes, *poſſumus*, canæ *legere & cum* Perſidis *jungere.* 6 *Forſan* almis flatibus. 7 *Al.* Erembos.

Cappadocum

Cappadocum gens eſt. propter freta turgida rurſus
Aſſyrii juxta ſunt oſtia Thermodontis,
Et feſtina citis evolvitur unda fluentis.
Nec procul, attollit qua ſe facis ardor eoæ,
Plurimus Euphratæ manat liquor. iſte feroci
Fuſus ab Armenia vaſtum caput exſerit antro,
Inque notum primæ protenditur agmine molis,
Et matutinos iterum converſus in axes
Dividit inſerto mediam Babylona fluento.
Inde Teredoniæ juga præter maxima rupis
Perſidis in pontum ſparſo cadit effluus [1] amne.
Hunc ſuper, in ſeptem quantum via carpitur ortus
Ceſpitis extenti ſpatiis, citus æquora Tigris
Prona rotans, & ſaxa jugis avulſa ſupremis,
Et totas late celeri trahit agmine ſilvas.
Quin & vaſta palus medio diſtenditur agro:
Maximus hanc fluctu Tigris [2] mox intrat; aperti
Terga lacus ſtupet unda ſilens, tacitæque recumbunt
Æquora [3] Thoſpitis: ſolidarum denique more
Riparum ſtagni facies [4] inciſa quieſcit,
Invectumque ſibi cohibens altrinſecus [5] amnem
Stat diſcluſa palus. ſic Elidis incola pontum
Difficit [6] Alpheus: pelago ſic inſerit undas
Illæſum optatæ flumen ducens Arethuſæ.
Ergo per & ſtagnum vehitur celer amnis apertum:
Hoc elapſus idem vim proni gurgitis urget.
Non alium tantus rapit impetus; haud ita quiſquam
Spumeſcit fluctus, [7] neque tantos ulla fragores
Unda ciet. medio quæ tellus funditur agro
Hos [8] amnes inter nomen tenet, at ſitus illam
Flumine præcinctam gemino per aperta locavit.
Non qui lanatum longo pecus educat agro,
Aut qui cornigeri ductor gregis arva pererrat,
Gramina qui paſtor ſimis petit apta capellis,
Quique [9] cavo ſolers committit ſemina ſulco,
Quem Pomona juvat, quem ramis æſculus altis
Inlicit, & pingui dependens ſubere glando,

1 *Vulg.* amnis. 2 *Vocem* mox (*quæ in Editis deeſt*) *ex conjectura inſerui.* 3 *Vulg.* Thoſippes. *Juxta Dionyſ. & Priſcianum* Thonitis. 4 *Antea* inſcia *quieſcit. 5 *Vulg.* amnes. *quæ lectio ſi vera eſſet, tum legendum* Invectoſque. 6 *In Ed. Madr.* Diſjicit. *ut ſupra aliquoties* 7 Neque tentos *in Edit. Pithœi.* 8 *Ita Salmaſ. in Exerc. Plin. ut hic ſit verborum ſenſus;* tellus, quæ medio agro hos inter amnes funditur, inde nomen tenet. *Antea,* * Hos Interamnis nomen tenet. aut (*in Edit. Madr.* at) ſitus illam &c. 9 Gravi *pro* cavo *reponit Heinſius ex Codice Mediolanenſi.*

Brachia

Brachia Nyſſæi qui palmitis ordine juſto
Digerit, aut tectis ſi quis dolat impiger ornos,
Vel ſalis in fluctus qui cymbam navita [1] rexit,
Si [2] adjerit hos ſaltus, nihil indiga ſubtrahit ora:
Dives humo tellus, dives jacet arbore ceſpes.
Iſtius in boream quicquid protenditur agri,
Armenii & vita duri ſulcant Matieni.
Qua ſunt flabra noti, Babylon ſubducitur arce
Procera in nubes. hanc priſca Semiramis urbem
Vallavit [3] muris, quos non abſumere flammæ,
Non aries penetrare queat. ſtat maxima [4] Beli
Aula quoque argento, domus Indo dente niteſcit,
Aurum tecta operit, ſola late contegit aurum:
Ipſa dehinc tellus quæ circumplectitur urbem,
Et procerarum [5] fructu [6] vernat palmarum,
Et ſplendente procul beryllo ferta renidet.
Hic tamen internis [7] Ophietidis arcis in arvis,
Inter gemmiferas excreſcit creber arenas.
Hinc Babylona ſuper geminæ pro finibus urſæ
Ciſſi, [8] Meſſabatæque & Chalonita vagantur.
At rurſum Armeniæ ſi quis pede pergat ab arce
Rupis, & eoas greſſum producat in oras,
Medica prolixos ſpectabit regna per agros.
Horum qui gelidi ſuccedunt plauſtra Bootis,
Pinguia rura tenent. ſunt illic Atropateni,
Sunt [9] Gerrhi & Mardæ. tepidum qui rurſus ad auſtrum
Oram habitant, Scythicæ deducunt ſemina gentis.
Nam Medea ferox fuit ollis ſanguinis auctor.
Hæc, [10] cum Pandionis lectum componeret, aulæ,
Attica qua pulchro tellus pingueſcit Iliſſo,
Proditur, inque fugam propere convertitur exſul.
Has poſt in terras pinu [11] ſubit Æetine,
Inſeditque locos: veteres accedere Colchos
Nulla inerat menti fiducia. denique ab illa
Medorum ſoboli magicæ furor artis inhæret.
Pars gentis, rutilos Phœbi quæ ſpectat in ortus,
Saxa habitat; ſaxis excudit Narciſſiten.

1 *Vulg.* texit. 2 *Ita ex conjectura. Vulg.* Si jerit. 3 *Ita in Ed. Madr.* flammis *edidit Pithœus.* 4 *Antea* belli. 5 *Vulg* fluctu. 6 Surgit *malit Heinſius ad Claudianum.* 7 *Vide Salmaſii Exerc. Plin.* p. 241. 8 *Ita ex Dionyſio. Vulg.* Coſſi Marragatæque & Chal. 9 *Juxta Dionyſium & Priſcianum* Geli. 10 *Forſan ſic,* cum Pandionis tectum combureret aulæ, Attica &c. Proditur, inque fugam propere cum vertitur exſul. *niſi quis hoc modo malit,* Hæc dum Pandionis lectum componeret, aulæ, Attica &c. Proditur, inque fugam propere convertitur exſul. 11 *Vulg.* ſubivit Etine.

Qui propter dumos nemoroſaque rura vagantur,
In pecus intenti, crebro grege paſcua tondent.
Medica ſe tantos effundit gleba per agros,
Caſpia ut extento contingat ceſpite clauſtra.
Hæc Aſiæ dixere fores, hiet ore quod illo
Porta quaſi, & longas [1] bivium diſcedat in oras.
Quippe nivoſa poli qua cardine vertitur arctos,
Panditur Hyrcanis hinc janua; janua Perſis
Hinc patet, imbriferum qua vergit mundus in auſtrum.
Ecce ſub immenſo portarum vertice Parthi
Rura tenent, curvi nequicquam vomeris [2] uſu
Sollicitanda [3] ſibi, non ollis cura laborque
Æquora terrarum gravibus componere raſtris.
Exercent ſemper ſævi ſe Martis in arma.
Sica comes lateri eſt, manus aut haſtilia vibrat,
Demittunt pharetras humeris, & letifer arcus
Semper ineſt lævæ, neque per compendia diras
Producunt animas; non puppibus æquora ſulcant;
Non proni gregibus pecoris fera vita juvatur.
Sed quatit alipedum ſola ſemper curſus equorum;
Pulſaque terra gemit; diſcurrunt crebra per auras
Spicula, miſſilibus latè ſubtexitur aër.
Quin impactus amor [4] ſupereſt ſi dicere Perſas,
Conſimilis ſolerſque trahit te cura per orbem;
Has quoque Muſa tibi formabit [5] carmine terras,
Quæ [6] liquidos amnes via ducat, quaque jugorum
Conſurgat vertex, quibus oris arva recumbant
Barbara, famoſum qui Perſam roboret uſus.
Quippe Aſianarum primi degunt regionum.
Vita opulens genti, gazis quoque terra [7] miniſtrat
Omnibus, & largum populis producitur [8] ævum.
Dives in his mos eſt jam longi tempore ſæcli,
Ex quo Mæoniam bello trivere cruento.
Illidunt [9] auro veſtes, & cuncta teguntur
Auro membra viris, auro veſtigia condunt.
Tantus Perſarum diſſolvit pectora luxus.
Ipſa autem tellus incluſa eſt montibus altis,
Undique in auſtralem latus inclinatior axem,

1 *Ita ex Conjectura. antea* * vium. 2 *Vulg.* uſus. 3 *Ita Pithœus. in Ed Madr.* ſollicitanda; cibi non ollis cura, laborque. 4 *Ita ex conjectura. antea* * eſt ſi dicere Perſas Conſimilis, ſolerſque &c. 5 *Ita in Madr.* Cardine *edidit Pithœus.* 6 *Iterum ex conjectura. In editis,* Quæ liquidis amnis via debeat, ut quæ jugorum Conſurgat &c. *dein.* Barbara Samoſum, qui Perſam robur & uſus. 7 *Vulg.* miniſtrat, Omnibus & larg. 8 *Forſan* arvum. 9 *Al.* Illinunt.

Ac boream longe, longe quoque Caſpia clauſtra
Deſerit, atque noti placida perfunditur aura.
Iſtius at ſpatiis finem dat Perſicus æſtus,
Incoliturque ſolum populis tribus. una ſub arcto
Pars agit, armigeris nimium contermina Medis:
Altera per mediæ telluris terga vagatur:
Porro ad flabra noti, pelagus prope, tertia degit.
Plurima præterea percurrunt flumina terram
Perſidis, & rigidas curvant labentia ripas.
Arva ſecat [1] Cyrus, perrumpit rura Choaſpes,
Indica provolvens procul æquora: cujus ad undam
Incola flaventem ſtudio ſectatur Achatem.
Nam cum brumali ceciderunt ſydere nimbi,
Imbribus & cœlo fuſis furit auctior amnis,
Hos lapides late flumen trahit: undique tellus
Circumvecta dehinc læti viret ubere campi.
Sed qua cœruleam ſinus infert Perſicus undam,
Gens Carmanorum late colit. hanc facis ortus
Urit Phœbeæ: tanto quoque funditur agro,
Ut ſimul & glauci contingat gurgitis æſtum,
Et procul internæ perreptet jugera terræ.
Hos ſuper [2] & tellus tendit Gedroſia glebam,
Oceani vicina fretis: & flumen ad Indum
Auroræque latus Scytha, miti proximus auſtró,
Adcolit. auſtralis certe Scytha dicitur ille:
Namque alii dura pulſantur deſuper arcto.
Indus Caucaſiæ prærumpens rupis ab antro
Adverſum pelago Rubri procul æquoris amnem
Porrigit, inque notum recto fluit agmine aquarum.
Ora dehinc Indo duo ſunt, mediumque per agrum
Inſula ſe vaſto fundit tergo Patalene.
Innumeras idem diſpeſcit flumine gentes,
Oritas, [3] Aribaſque, & veloces Arachotas,
Et [4] Sagam infidum, & qui per inhoſpita late
Diſcreti populi, diſcreti finibus agri
Arva agitant, uno ſed nomine ſunt Arieni.
Hi quanquam ſteriles decurrant ſemper arenas,
Munera nec carpant Cerealia, nec nova prelo
Muſta premant, fulvo tamen invenere corallo
Pandere vivendi commercia, quærere pulchræ
Sapphiri latebras & præduros adamantas.

1 *Dionyſio & Priſciano* Corus, *In Edit. Pythæi* Cyrus. *Vide Salmaſii Exerc. Plin.* p. 495. 2 *Ita ex conjectura. Vulg.* hos ſuper eſt tellus: tendit &c. 3 *Al.* Arabaſque, *male.* 4 *Forſan* Sacam infidum.

Calliope, Indorum populos & regna canamus.
Ultima terrarum tellus adſpergitur Indi
Fluctibus oceani: primam coquit hanc radiis ſol,
Sol Hyperionius, ſol magni gratia mundi,
Aſtrorum genitor, lucis ſator, & vigor æthræ.
Sed genti Indorum tæter color: efflua ſemper
His coma liventes imitatur crine Hyacinthos.
Pars ſubit abrupti ſola ceſpitis, aurea ut illis
Terrarum in latebris excludant caute metalla:
Pars telas ſtatuunt & veſtimenta laborant
Lintea: pars Indi procurat ſegmina dentis,
Atque ebur invigilat: multi, qua flumina *nimbis*
Auget hiems, [1] vaſtum & late trahit agmen aquarum
Albens, & celſas evincunt æquora ripas,
Palantes obeunt beryllum, prona fluenta;
Quem procul internis à finibus aut adamanta
Detulerint: his glauca dehinc tornatur *Iaſpis.*
Nec minus & baccas alii prope marmora curvis
Excudunt conchis: pars rurſum divite cura
Herboſi lapidis venas fodit: hique rubore
Suffuſas blando quærunt campis amethyſtos.
Horum dives enim tellus eſt Indica ſemper,
Et tali ſcrupo ceſpes tumet: amnibus autem
Fertilis inriguis crebro prælambitur ora:
Extendunt celſi vaga late brachia luci,
Et vernat nemorum ſemper coma. nunc tibi formam
Terrarum expediam, nunc carmine flumina fabor,
Nunc rigidos montes, nunc multæ denique gentis
Abſolvam populos. latera agris undique in Indis
Quattuor eſſe tene: coeunt tot & anguli ab omni
Parte, ſibi [2] obliquò claudentes extima terræ,
Ceu ſpecies rhombo eſt. zephyri de partibus Indus
Gurgitis occurſu fit certæ terminus oræ:
Axe noti Rubri late ſalis objacet unda:
Flumen item Ganges fit limes ceſpiti eoo:
Atque Lycaonia conſurgit Caucaſus arcto.
Æquore qua fuſo laticem producitur Indus,
Dardanidum gens eſt: ubi magnus ſorbet *Hydaſpes*
Delapſum ſumma ſaxorum mole *Aceſinen.*
Tertius amnis item ſecat agri proxima Cophes:
In medioque Sabæ ſunt ceſpite: gens quoque Scodri

1 *Vulg.* vaſtum ut late trabat, *& mox* evincant æquora ripas, pallantes obeunt beryllum prona fluenta. Nec procul &c.
2 *Forſan* obliqui claudentes extima.

Propter

Propter agit: populique dehinc velut ordine facto
Hylleûm [1] longas exercent vomere terras.
Gargaridæ rurſum, gens hæc obnoxia Baccho,
Et glebam ſulcant, & ritibus orgia ludunt.
Hic Hypanis, lateque trahens vaga terga [2] Cymander,
Magnus [3] uterque modi dimittitur, [4] Hermodontis
Rupe procul fulvum provolvunt fluctibus aurum:
Nec minus hi campos intrant Gangitidis oræ,
Quæ per flabra noti fuſo diſtenditur agro,
Uſque in celſa jacens confinia Colidis arces.
Colis [5] & ipſa dehinc cetoſi vergit in æquor
Oceani, tantoque jugo ſubit ætheris auras,
Arceat alituum ſubducta ut rupe volatum.
Sed circum Gangem regio eſt devota Lyæo,
Perpetuique ſacri talis narratur origo.
Indorum in populos fatalia Liber agebat
Prœlia, viperco late Bellona flagello
Increpat, & magno tremuerunt regna pavore,
Inſiſtente Deo. venit ergo ad flumina Gangis,
Diſcurſuque ſacro præludit prœlia Liber:
Mænades extemplo maculoſæ nebridis uſum
Permutant clypeis, viridique haſtilia thyrſo
Succedunt, ſolvunt properantes lintea Bacchæ
Vincula, viroſo pectus vinxere dracone;
Pro molli vittâ prorepunt crine chelydri,
Excitoque ferox perſultat in agmine Mavors.
Dux aquilas in bella rapit, tremit Indica tellus
Preſſa pede, & toto [6] tonuerunt claſſica cœlo.
Ergo & Nyſſæos diſcit gens rite receſſus,
Et ſtata ſollicito deducunt orgia ritu.
Ipſe dehinc diros ut Liber perculit Indos,
Emodi victor conſcendit verticis arces,
Effuſamque ſalo gentem procul adſpicit omnem,
Ima [7] jugi exſtantis veſtigia gurgite canent.
Oceani eoi prætento denique Bacchus
Littore, & extrema terrarum victor in ora
Ducit laurigeros poſt Indica bella triumphos,
Erigit & geminas telluris fine columnas,
Inviſitque dehinc Iſmeni fluminis undam.
Has tantum gentes commendat fama per orbem:
Vile aliæ vulgus, pecorum vice, terga pererrant

1 *Juxta Dionyſium*, Peucaneûm. 2 *In Dionyſio* Megarſus. 3 *Vulg.* utrumque. 4 *Vulg.* Hermodoontis. 5 *Cum Salmaſio illud* & *inſeruimus.* 6 *Vulg.* tenuerunt. 7 *Antea corrupte,* Jam juga exſtantis.

Ceſpitis abjecti. non his aut gloria forti
Parta manu eſt, aut clara decus peperere metalla
Terrarum venis: habitant ignota locorum
Semper inexpertes famæ; per inhoſpita degunt
Arva procul; nullis ſunt dignæ denique Muſis.
At tu, Phœbe pater, vos clari turba, Camœnæ,
Nominis, Aonio famam inſpirate labori.

FINIS.

*PERIEGESIS PRISCIANI.

Naturæ [1] *genitor, quæ mundum continet omnem,*
Annue, rex cœli, poſitum telluris & undæ,
In quas imperium mortalibus ipſe dediſti,
Materiæ [2] *tantæ me promere carmine digno.*
Incipiens terræ tractus, pontique meatus,
Et fluvios canere, atque urbes, populoſque per orbem
Diſcretos; late refluum memorare parabo
Oceanum: tellus quo cingitur æquore tota,
Inſula ceu ſeſe diffundens littore vaſto.
Non tamen aſſiduo teres undique margine circum
Clauditur hæc, bifido ſed brachia littore pandens
Arctatur rapidos curſus ad ſolis utrinque,
Aſſimilis fundæ: ſed quamvis corpore toto
Una ſit hæc, homines tres dicunt eſſe diremptas:
Et primam Libyen; poſt, Europen Aſiamque.
Sed Libyam Europæ diſcernit finibus amplis
Linea, quam obliquant Gades atque oſtia Nili:
Qua boreæ excurrit Memphitis terra ſub [3] axes,
Atque locum vovit Spartano fama Canopo.
Sed terras aquilo qua frigore damnat iniquo,
Europen Aſiæ Tanaïs disjungit ab oris:
Sauromatas linquens Scythiam qui gurgite vaſto
Perſtringit [4], præcepſque ruit Mæotida poſcens.
At medius finis jam jam [5] declinis ad auſtrum eſt,
Quas Helleſponti fauces dixere priores:
Sed magis auſtralis ſunt terminus oſtia Nili.
Per mare ſic fluvioſque [6] duos diſcernitur orbis.
Aſt alii [7] terris malunt diſcernere terras.
Finibus eſt Aſiæ (latus arctum) lingua ſupernis,

* Priſciano, *non* Rhemnio Fannio *adſcribitur hac* Periegeſis *in omnibus Codd. MSS, quibus* Papius, *aut* nos *uſi ſumus. In MSto CCC.* Priſciano Grammatico *tribuitur. Verum* Barthius (*in* Adverſariis l. XI. c. XXV.) *non* Cæſarienſem *auctorem facit, ſed* Remum Favonium Priſcianum: *ex* Remo Favonio *&* Priſciano *unam perſonam concinnandam eſſe exiſtimans.* 1 *Hi quatuor verſus non ſunt* Dionyſii, *ſed Proœmium* Priſciani. 2 Materiam tantam, *&* matetie tanta, *&* Materia tanta *habent Codd.* MSS. 3 Axe *in MS.* 4 Præſtringit *in MSS. al.* 5 *Al.* declivis. 6 *Al.* patens. 7 *Id eſt*, iſthmis.

Caſ-

Caſpia quam mediam faciunt atque æquora ponti
Euxini: locus hic diſcrimen dicitur eſſe
Europes [1] Aſiæ disjungens ruribus arva.
Aſt alius finis longiſſimus exit in auſtros,
Qui ſecat Ægypti terras æquorque Sabæum:
Separat hic Libyen, Aſiæ confinia rumpens.
Talia mortales perhibent diſcrimina terræ.
Circuit oceani gurges tamen undique vaſtus:
Qui, quamvis unus ſit, plurima nomina ſumit.
Finibus Heſperiis Atlanticus ille vocatur:
At boreæ qua gens fervens Arimaſpa ſub armis,
Dicitur ille piger, nec non Saturnius: idem
Mortuus eſt aliis, minimo quod lumine ſolis
Perfruitur; tarde radios nam ſuſpicit [2] ortus,
Nubibus & craſſis premitur, nimbiſque gravatur.
Unde [3] tamen primo conſcendit lumine Titan,
Eoumque vocant atque Indum nomine pontum.
Sed qua devexus calidum polus excipit auſtrum,
Æthiopumque ſimul pelagus Rubrumque vocatur:
Qua deſerta patet tellus ardore peruſta.
Circuit oceanus ſic totum maximus orbem,
Nominibus variis celebratus & æquore tanto.
Hinc atque inde ſinus penetrabilis efficit ille
Exiguos multos, dirimens mare, quatuor amplos.
Perſecat Heſperiam primus, qui porgitur undis,
Pamphylumque latus Libyæ [4] portendit ab oris.
Hoc [5] minor eſt, reliquis major, quem Caſpia tellus
Suſcipit intrantem vaſtis aquilonis ab undis,
Nomine Saturni quod Tethys poſſidet æquor:
Caſpius iſte ſinus ſimul Hyrcanuſque vocatur.
At duo, qui veniunt auſtralis ab æquore ponti,
Hic ſupra currens mare Perſidis efficit altum,
E regione ſitus qua Caſpia volvitur unda:
Fluctuat aſt alter Panchæaque littora pulſat,
Euxini contra pelagus [6] protentus in auſtros.
Hoſce ſinus perhibent, quos Tethyos efficit unda
Majores: nam ſunt alii multique minores.
Nunc maris Heſperii luſtrabo carmine tractus,
Flexibus in variis qui frangitur æquore pontus,
Has ſtringens pelago terras, circumfluus illis;
Montibus & radens [7] ſuppoſtaſque urbibus oras.

1 Europæ atque Aſiæ (*cum Editt. vett.*) *malit* Barthius, *non adeo recte, ut cenſet* Papius 2 *In MS.* orbis. 3 *Al.* autem. 4 *In MSS. noſtris* pertendit. 5 *In iiſdem MSS.* Hic minor. 6 Pertentus *in uno MS.* 7 *Ita in MSS. noſtris.*

Adſis

Adſis o numen, ſtudiorum præſul & artis,
Ordine principium capiens Atlantis ab unda:
Herculeo celebrant qua metæ munere Gades,
Cœliferaſque [1] tenens Atlas ſtat monte columnas.
Eſt primus vaſtis qui pontus Ibericus undis
Dividit Europen Libya, communis utrique.
Hinc atque hinc ſtatuæ ſunt. ambæ littora cernunt.
Hæc Libyes, hæc Europes, adverſa tuendo.
Gallicus hinc gurges, qui Celtica littora pulſat,
Excipit. [2] hinc ſequitur Ligurum cognomine dictus:
Qua domini rerum terris crevere Latinis,
Ad Petram Leucen aquilonis ab axe reductis,
Quæ freta Sicaniæ concludit littore curvo.
Inſula ſed Cyrnos propriis pulſatur ab undis,
Inter Sardinium pelagus Celtumque refuſis.
Inde ſalis tumidus Tyrrheni volvitur æſtus,
Ad partes vergens auſtrales. excipit iſtum
Sicaniæ gurges, ſolis deflexus ad ortus:
Qui procul effuſus Pachyni diſtenditur oris,
Ad Cretæ ſummam, quæ prominet æquore, rupem;
Qua Gortyna potens, mediis qua Phæſtus in arvis.
Arietis hanc rupem ſimulantem vertice frontem,
Pro merito Graji Criû dixere metopon.
Hoc mare Gargani concludit Iapygis ora.
Illinc incipiens extenditur Adria vaſtus,
Ad boream penetrans pelago, ſolemque cadentem:
Ionius pariter ſinus hic perhibetur ab orbe.
Dividit & geminas diverſis partibus oras,
Quas tamen extremas conjungit terminus unus.
Ad dextram partem protenditur Illyris alma;
Poſt hanc Dalmatiæ populorum Martia tellus.
At lævam Auſoniæ porrectus continet iſthmos,
Quem tria circumdant maria undique littore curvo;
Tyrrhenum, Siculum, necnon ſimul Adria vaſtus:
Finibus at propriis exceptant ſingula ventos;
Tyrrhenum zephyro, Siculum ſed tunditur auſtro,
Adria ſuccurrens eôo frangitur euro.
At poſt Sicaniam tractu diffunditur alto
Ad Syrtin pelagus, Lybicis quæ cingitur oris,
Majorem: poſt quam minor excipit æquora longe,
Atque ſinu gemino reſonantia littora pulſant.
Finibus à Siculis Cretæum [4] provolat æquor,

1 Tenet ſtans Atlas *in MSS. noſtris.*
2 Hunc ſequitur Ligurum *in uno MS.*
3 Oras *idem habet MS.*
4 Tenditur *in MSS. noſtris.*

Ad ſolis veniens ortus, Salmonida poſcens,
Dicitur eôus qui Cretæ terminus eſſe.
Poſt hanc eſt geminum mare vaſtum fluctibus atris,
Flatibus Iſmarici boreæ [1] quod tunditur acris,
Qui ruit adverſus celſæ de partibus arcti.
Quod prius eſt Pharium perhibent, [2] hoc littora tangit
Præcipitis Caſii montis. poſt unda ſecunda
Sidonium eſt pelagus; penetrat qua gurgite pontus
Iſſicus, arctôas ad partes æquore vergens,
Non longe rectus: Cilicum nam frangitur oris.
Hinc zephyros poſcens, veluti draco flectitur undis,
Qui juga montivagus vaſtat, ſilvaſque fatigat.
Partibus extremis Pamphylia clauditur iſto:
Atque Chelidoniæ rupes cinguntur eodem.
At procul [3] hunc zephyrus finit Patareïde ſumma.
Poſt hæc arctoas ad partes adſpice rurſus
Ægæum, ſuperat qui fluctibus æquora cuncta;
Diſperſas vaſto qui gurgite Cycladas ambit.
Terminat hunc Imbros pariter Tenedoſque [4] coërcens,
Anguſta trahitur qua fauce Propontidis unda:
Aſia quam ſupra populis diſtenditur amplis
Ad notiam partem, qua latus ducitur iſthmos.
Threïcius ſequitur poſt Boſporus, oſtia Ponti:
Hoc nullum perhibent terras anguſtius orbis
Eſſe fretum dirimens: hic ſunt Symplegades arctæ.
Panditur [5] hinc Ponti pelagus Titanis ad ortus;
Quod petit obliquo boream ſolemque meatu.
Hinc atque hinc medio procurrunt æquore colles.
Unus, qui veniens Aſiæ de parte Carambis,
Dicitur auſtralis: ſed contra finibus alter
Prominet Europæ, hunc Criû dixere metopon.
Ergo conveniunt adverſi, gurgite tanto
Diſtantes quantum ternis tranſire diebus
Evaleat navis. bimarem ſic æquore Pontum
Adſpicias, ſimilem cornu quo flectitur arcus
Nervo curvatus diſtento. dextera nervum
Aſſimilat: recto trahitur nam linea ductu,
Extra quam boream [6] quod ſcandit ſola Carambis:
Sed formam cornu geminatis flexibus edit

1 *In uno MS.* quæ. 2 Hæc (*ut ſubintelligatur* unda) *cum* MSS. *al. malit* Papius. 3 Hinc *habet Cod. MS.* 4 Coërcet *in uno Cod. MS.* 5 *Id eſt*, è Thracio Boſporo. 6 *Al.* quo ſcandit. *Noſtra lectio melior, ſi* extra *quam interpretemur* præterquam. *ſed legendum puto*, Extra quam, boream quæ ſcandit, ſola Carambis. *Papius.*

Littus

Littus quod Pontum cingit ſub parte ſiniſtra.
In quam Mæotis penetrans aquilonis ad axes,
Quam Scythiæ gentes circumdant undique ripis,
Et matrem Ponti perhibent Mæotidis undam;
Scilicet hinc Ponti vis 1 exit gurgite multo
Cimmerium torrens per Boſporon: hic ubi Taurum
Cimmerii gelidis habitant ſub finibus imum.
Hæc maris eſt ſpecies, ſplendens hæc forma profundi.
Nunc tibi telluris regiones carmine pandam,
Ut cernas animo non viſas lumine terras,
Atque docens alios lauderis pectore docto.
Incipiens Libye, tenuiſque à Tethyos undis,
Oceanus Tyrias qua pulſat gurgite Gades,
Tenditur ad notias partes & ſolis ad ortus;
Et menſæ formam reddit menſoribus artis,
Quam tradunt terræ 2 non æquam margine cuncta.
Terminat hæc fines Rubri prope littora ponti
Latos: Æthiopum 3 populos quos poſſidet alter;
Quem calidis juxta terris paſcuntur Erembi.
Has pelli ſimiles pardi dixere priores;
Namque ſolum ſqualens urbes 4 diſtinguit opacas.
Hac ſitis, hac humor latos variatur in agros.
Sed ſummam Libyen habitant ad Tethyos undas,
(Alcidæ qua ſunt ſtatuæ) Mauruſia plebes.
Poſt hos immenſæ Nomadum de ſemine gentes:
Atque Maſæſylii, nec non Maſylia proles.
Saltibus hos duris aſper ſilviſque vagantes
Victus alit ſæva quæſitus cæde ferarum:
Scilicet ignaros terras 5 perſindere raſtris;
Agricolaſque boves plauſtris domitare ſonoris:
Namque errant nemorum per dumos more ferarum.
Quos prope tenduntur fines Carthaginis altæ;
Perpetuas Tyriis celebrat quæ condita laudes:
Qua regnans felix Dido per ſecula vivit,
Atque pudicitiam non perdit 6 carmine falſo.
Hanc minor inſequitur Syrtis, majorque ſecunda;
Qua tumor immenſus Tyrrheni pellitur æſtus,
Acceſſuſque furit ſicciſque receſſus arenis.
Aſt inter Syrtes urbs eſt, quam nomine dicunt
Eſſe Nean polin. hanc ſupra juſtiſſima fertur

1 Exigit æquore multo *in uno Cod.* 2 *In MSS. noſtris,* non æqua margine cinctam. 3 Populos *nominandi Caſu poſuit.* 4 Disjungit *in Codd. MSS. noſtris.* 5 *Al.* proſcindere aratris. 6 *Notum eſt iſtud Epigramma, in quo de* Virgilio *queritur Dido.*

Hoſpitiis gaudens gens degere Lotophagorum.
Hos licet ad fines deſertas cernere terras,
Exſtinctis populis Naſamonum marte Latino.
Asbyſtæ poſt hos terrarum rura tenentes
In [1] medio: ſummus Libycis & gentibus Ammon:
Nec non Cyrene clarorum mater equorum;
Urbis Amyclææ populus quam condidit olim.
Marmaridæ poſt [2] hos Ægypti ad flumina [3] vertunt:
Gætulique ſuper ſunt, vicinique Nigretes.
Continuo poſt hos ſequitur [4] Phauruſia tellus.
Hanc habitant juxta Garamantes [5] Debride clari:
Quæ ſuperat cunctas urbs miro munere fontis,
Frigore qui noctis fervet calefactus & umbris,
At ſolis friget radiis glacialis & igni.
Omnibus extrema populis clauduntur in ora
Æthiopes: Libyes ubi finit littora Cerne,
Oceanum nimio quæ pulſat ſole calentem.
Nec longe fervent Blemyorum collibus agri.
Hinc fluvii pinguis deſcendunt flumina Nili
Partibus à Libycis; qui, currens ſolis ad ortus,
Siris ab Æthiopum populis cognomine fertur:
Verſum cultores Nilum dixere Syenes.
Hinc boreæ currens ad partes flumine pingui,
Fertilis Ægypti terras fœcundat opimas,
Septenoque ferit Pellæum gurgite pontum.
Non alius tantum fluviorum ditat arenas,
Atque trahens limum complectitur ubere campos.
Hic latis Libyen Aſiæ diſterminat oris:
Hæc ortus cernit, videt auſtros illa calentes.
Hunc habitant juxta ſapientum corda virorum,
Diſpoſuere vias qui vitæ mente potenti;
Et primi dederant ſulcos & ſemina terris,
Obliquos ſolis tractantes pectore curſus.
Horum telluris fines nunc carmine dicam,
Et formam, celebrat quam gloria magna per orbem.
Hæc igitur latis diffuſa pateſcit in arvis
Fertilis, & ſuperans alias pinguedine [6] glebæ.
Marginibus laterum formatur at undique ternis:
Lata quidem boreæ ſub littore tenditur oris;
Aſt ortus anguſta petit ſummamque Syenem,
Qua celſi mediam montes utrimque coërcent,

1 In medio eſt ſummus &c. *in uno* MS. 2 Hæc *in noſtris* MSS. 3 *Al* vergunt. 4 *In noſtris* MSS. Mauruſia. 5 *De hac urbe & fonte* Solinus, c. 31. 6 Glebas *in uno* MS.

Irrigui

Irrigui per quam deſcendunt flumina Nili.
Hanc habitant homines multi, pariterque opulenti:
Qui veteris claræque colunt ſub mœnia Thebes,
Quam perhibent centum portas habuiſſe priores;
Filius Auroræ Memnon qua regna tenebat.
Hic ſunt & ſeptem mediis in finibus urbes:
Quas celebrat totum diſcurrens fama per orbem:
Et quicunque maris vivunt prope littora [1] vaſti,
Qua lacus eſt ingens liquidæ Serbonidis undæ.
Ad cujus zephyrum Macetum ſunt mœnia regis:
Et Pharos Idothees ſcopuli Pallenidis alti.
Poſt urbs ſub Caſio Peluſi vergit ad ortum:
Navigiis populus duris quam poſſidet aptus.
Non tamen eſt Libyes ponendus finibus iſte:
Scilicet eoas Nili qui continet oras;
Nili, quem circum floret mirabilis [2] arbor,
Exſtinguitque ſitim pomo cui nomen Adipſos.
Hæc facies Libyes. hic claudit terminus illam.
Sunt tamen huic aliæ gentes: quæ littore ſummo
Tethyos, aut mediis habitant telluris in arvis,
Et gratas circum ripas Tritonidis undæ.
Hic lapis, [3] Heliotropius qui nomine vero
Dicitur, eſt: vertit radios nam ſolis in unda,
Si quis eum fuſa labris immergat aënis,
Sanguineaque [4] rubens reſplendet luce coloris.
Purior [5] at ſoli renitet nudatus ab undis.
Si placet Europes quoque me tibi dicere formam,
Haud taceam. ſimilis Libyæ eſt: ſed vergit ad arctos;
Finibus & pariter diſtentis pergit ad ortus.
Linea namque Aſiæ ſimilis disjungit utramque.
Hæc notias ſpectat partes, aquilonis at illa.
Aſt ambas unam ſi terras eſſe putemus,
Aſſimulent [6] conum laterum compagibus æquis:
Cujus ad occaſus eſt ſummum, lata ſub ortu.
Sic Europa tibi facili dignoſcitur arte.
Ad cujus ſummum, prope metas Herculis alti,
Magnanimæ gentes, dederat quîs nomen Iberus,
Ad ſpatium multum terrarum rura colentes,
Oceanum boreo contingunt frigore durum;
Scrutanturque decus pulchrum ſapientibus auri.

1 *Al.* vaſta. 2 *Sc. Palma Ægyptia, qua (teſte* Solino, c. XXXII.) *Adipſos vocatur, quod guſtata ſitim arceat.* 3 *Vide* Solinum, c. XXVII. 4 *Al.* Sanguineique rubens. 5 *Hoc voluit, Heliotropium lapidem in aquam miſſum ſolem ſanguineum repercuſſu oſtendere, extra aquam purius renidere, & ſolem purum exhibere.* 6 *In MSS. noſtris* Aſſimulant.

Quos tamen haud maculat præſens nec dejicit abſens.
Qua ſunt Germani bellaces, atque Britanni.
Saltibus Hercyniis Germania ſubjacet atrox:
Hæc tergo ſimilis taurino dicitur eſſe.
Et [1] paſcit volucres, mirum, fulgentibus alis,
Quîs ducibus noctu cernuntur flexa viarum.
Pyrrhenes ſequitur mons. poſt hunc Celtica tellus,
Eridani fontis contingens rauca fluenta:
Hic Phaëthonta ſuum charæ luxere ſorores:
Hic electra legunt alnis ſtillantia Celtæ,
Succina quæ memorant, mellis vinive colore;
Quæ paleas rapiunt tractu frondeſque caducas.
Poſt hos Tyrrheni. quos juxta ſolis ab ortu
Incipiunt Alpes: quibus exit gurgite vaſto
Oceani rumpens glacialis littora Rhenus.
Hunc prope conſurgit fons Iſtri flumine longo:
Qui poſcens ortus Euxini pervenit undas,
Irriguam Peucen amplexus gurgite quino.
Cujus [2] in arctôas eſt partes barbara tellus,
Innumeras gentes gremio complexa reducto,
Cui finem faciunt Mæotidis oſtia vaſtæ.
Hinc [3] ſunt Germanique truces, & Sarmata bellax,
Atque Getæ, nec non Baſtarnæ ſemina gentis,
Dacorumque manus, & Martia pectora [4] Alani,
Atque dromon Tauri retinentes fortis Achilli
Anguſtum & longum, Mæotidis oſtia juxta.
Hos equites ſupra celeres funduntur Alani;
Atque Melanchlænûm populus metuendus in arcu.
Poſt, [5] Hippemolgi ſunt, Hippopodeſque potentes,
Atque [6] Geloni, cum Neuris, pictique Agathyrſi:
Hic ubi deſcendit porrecta Boryſthenis unda,
Euxinumque ſubit Criû prope tracta metopon.
E regione jacet locus hic Symplegados arctæ.
Hic ſunt [7] Aldeſci quoque, Panticapique fluenta:
Dividui currunt Riphæis montibus ambo.
Immiſcent qua ſe Ponti glacialibus undis,
Naſcitur electrum præfulgens luce nitenti,
Menſe ſolet primo qualis ſplendeſcere luna.
Hos adamanta legunt juxta [8] fortes Agathyrſi.
Tot dirimit gentes aquilonis partibus Iſter.

1 *Vide* Solinum, *ſub initium cap.* XX. 2 *Al.* ad. 3 *In uno MS.* Hic ſunt. *Verum* hinc *accipiendum pro* hac parte. 4 *In MSS. noſtris (aliiſque quibus* Papius *uſus eſt)* Agavi. 5 *Al.* Hippom[olgi]. 6 Gelonus *in MSS. noſtris, alii[sque]* 7 Ardiſci *in iiſdem.* 8 *In uno M[S.]* fontes.

Hujus

Hujus ad auſtrales terras, Gerrhæque feroces,
Noriciique colunt bellaces, Pannoniique,
Et [1] Myſi Thracum boreis in finibus orti:
In quorum terris, quas Ponti præfluit unda,
Ignipotens oleo commiſto gignitur herba,
Medica [2] cui nomen: cujus compeſcere flammas
Si quis aqua [3] cupiat, [4] plus ignem paſcit in illa:
Pulveris hunc [5] jactus potis eſt exſtinguere ſolus.
Thraces arant poſt hos [6] latiſſima rura tenentes:
Quæ torrens ſtringit finitque Propontidis unda,
Atque Helleſponti fauces, Ægæus & altus.
Naſcitur hic ſcopulis Pallenæ gemma refulgens,
Aſterium [7] perhibent: ſtellis certare putatur:
Et flammæ ſimilis ſplendenti lumine lychnis.
Hi ripas Iſtri porrectas undique cingunt.
  Europæ reliquas nunc partes adſpice ternas,
Phœbeos vergens quibus eminet illa ſub ortus.
Prima eſt, Hiſpanum quæ frangit littore pontum:
Altera, Tyrrhenum quæ pulſat molibus æquor:
Tertia, quæ Grajos circumflua gurgite paſcit.
Sed tamen oceanum contingit Iberica tellus
Occiduum: Calpen qua ſummam ſuſtinet unam
Herculis è ſtatuis; quam ſupra dives & alta
Tarteſſus, Cempſique, ſedent qui collibus imis
Pyrrhenes, cœlum qui tangit vertice ſummo.
Aſt ambas inter, tellus jacet Auſonidarum:
Limite quam recto mediam ſecat Apenninus.
Qui mons, incipiens boreis ex Alpibus altus,
In freta Sicaniæ porrectas terminat oras.
Hunc urbes circum, populi, genteſque frequentant:
Quos breviter retegam noſtro tibi carmine cunctos.
Tyrrheni primum fortes: juxtaque Pelaſgi,
Cyllenes quondam propria qui ſede relicta
Tyrrhenis ſocias petierunt navibus arces.
Hos prope ſunt omni ſuperantes laude Latini:
Quorum per terras decurrit in æquora Tybris
Regius, irriguo dirimit qui gurgite Romam;
Romam, quæ genitrix regum dominatur in orbem.
Poſt hos pingue ſolum ſequitur, Campania dives.

1 [illegible] Mœſi. 2 *Apud* Solinum, c. XXI. In Pontica eſt herba, qua inficitur oleum quod vocatur Medicum. *Perverſe* [illegible] Priſcianus *appellat herbam iſtam* Medicam *qua conficiebatur oleum Media.* 3 Solinum *hic exprimit* Priſcianus. 4 Plus ignis paſcitur illa *legit* Salmaſius. 5 *In uno MS.* factus. 6 Altiſſima *in MSS. noſtris.* 7 *Vide* Salmaſii *Exerc. Plin.* p. 532.

Hic

Hic ubi Parthenopes domus eſt caſtiſſima, frugum
Fertilis: hanc pontus propriis exceperat undis.
Ad noton eſt, longe ſupra Sirenida rupem,
Picentis [1] Silari gurges, ſpectabile flumen.
Hunc habitant prope Lucani, Brettique coloni,
Ad Leucen petram longiſſima rura tenentes.
Hinc eſt ad boream zephyri quæ ſumma vocatur:
Sub qua ſunt Locri celeres, qui tempore priſco
Illuc [2] reginam propriam venere ſecuti:
Auſoniamque tenent, qua currit flumen Alecis.
Mœnia cernuntur Metaponti deinde, Crotonque,
Quam pulcer gratam præterfluit Æſarus urbem.
Ulterius pergens hinc templa Lacinia cernes.
Poſt hæc eſt Sybaris, periit quæ numinis ira,
Præponens hominum tumulos cœleſtibus aris:
Ponere [3] qui priſcis auſi certamina ſoli.
Samnites medio complectitur Itala tellus
In gremio; Marſoſque ſimul. tunc deinde Tarentum
Tangitur æquoribus, quod munivere Lacones.
Continuo Calabræ telluris rura ſequuntur.
Uſque Hyrii ſummam [4] ſed tendit Iapygis ora:
Qua ſalis Adriaci trahitur vaſtiſſimus æſtus,
Atque ſinum penetrans Aquilejum, colligit undas.
Alta Tegeſtræôn poſtremæ mœnia terræ,
Qua ſinus Ionius finitur gurgite laſſo.
Hi ſunt Auſoniæ populi genteſque potentes.
Flexilis hinc pontus convertens vergit ad ortus,
Atque Liburnorum terras, [5] Hylleſque feroces,
Bulimeôn pariter præſtringens littora currit,
Et venit Illyrias late porrectus ad arces;
Qua [6] tollunt montes excelſa Ceraunia ſummos.
Cernitur hic tumulus, qui Cadmi dicitur eſſe
Harmoniæque [7] ſimul: namque hic ſerpentibus illi
Corpora poſt tempus longum mutaſſe feruntur,
In ſenio; poſtquam patriam Thebaſque relinquunt.
Hic illos aliud poſuerunt numina monſtrum:
Namque duo tumuli concurrunt peſte futura,
Significant quoties ſæviſſima damna colonis.
Hæc regio fontem [8] mirandæ concipit undæ,

1 Silaris *in noſtris MSS.* 2 *Rectius* iſthuc *in uno MS.* 3 *In MSS. Bodlejano & Buſlidiano* Poſcere qui Piſis. *cui lectioni favet Paraphraſis Græca.* 4 *Al.* ſe tendit. 5 *Al.* Hylloſque. 6 *Ita ex uno Cod. MS. edidit* Papius. *in reliquis omnibus* Quas tollunt montes excelſa Ceraunia ſummas. 7 *Al.* Hermioneſque. 8 *Vide* Solinum c. VII.

Quem merito veteres dixerunt nomine Sacrum.
Nam gelidus ſuperat cunctarum frigus aquarum:
Accenſaſque faces ſi quis prope duxerit undam,
Exſtinguit flammas; recipit ſed rurſus eaſdem,
Admoveat [1] dextra cum exſtinctam lampada fonti.
Sed ſupra Thracen, nec non Epiron, ad auſtros,
Principium terræ doctiſſima Græcia ſumit:
Adſcendens multum, [2] geminatoque æquore cincta,
Ægæo Siculoque: movent quæ flamine venti
Diverſo: Siculum zephyrus tenet, eurus at altum
Ægæum. ſequitur Pelopis poſt inſula lata;
Conſimilis platani folio; quod muris acutam
Æquiparat caudam: cujus jacet iſthmos imago,
Hellados ad boream ſibimet confinia jungens:
Latior at tellus, folium ceu flexile, circum
Cingitur æquoribus. zephyrumque [3] Triphyllidis arva
Excipiunt: per quam deſcendit flumine pulcro
Alphæus; qui Meſſeni diſcinditur undis
Eurotæ: terris ambo naſcuntur Aſeis:
Hic tamen Eleos, & dividit ille Laconas.
Hic mediis habitant late telluris in arvis
Arcades Apidanei ſub ſcopulis Erymanthi:
Qua Melas atque Crathis fluvii, qua currit Iäon,
Tenditur atque vetus qua longo gurgite Ladon.
Hic [4] merulos perhibent albos, mirabile dictu:
Hic naſci lapidem, qui tacto accenſus ab igni
Exſtingui nequitur; quem Graji nomine vero
Asbeſtum memorant. ferri nitet ille colore.
Juxta eſt Argivûm tellus, pariterque Laconum:
Ortus Argivi,verguntque Lacones ad auſtros.
Æquoribus geminis iſthmos pulſatur utrimque:
Hoc Ephyren contra zephyrus, ſed verberat illud
Eurus; in immenſum [5] quæ mergitur unda profundum,
Nomine quam Danaï dixere Saronida priſco.
Attica ſed tellus poſt [6] iſthmum ſolis ad ortum eſt.
Hinc Orithyiam Boreas rapuiſſe puellam
Traditur. hic Iliſſus aquis devolvitur amnis.
Bœotûm ſequitur finis; quo dicitur unda
Eſſe poteſtatis diverſæ: namque duobus
Fluminibus mutat [7] vervecum lana colorem;

1 *In uno ex MSS. noſtris* dextram cum exſtincta lampade fonti. 2 *In MSS. noſtris* gemino ſub æquore cincta. 3 *Nonnulli Codd. omittunt* que. 4 *Ex* Solino, c. XI. 5 *Al.* qua mergitur. 6 *In noſtris* MSS. iſthmon. 7 *Ex* Solino, *cap.* IX.

Hoc fuſcat niveas, hoc albat gurgite nigras.
Locridis inde ſolum ſequitur regionis, & ora
Theſſalis, & tellus Macetum cum mœnibus altis:
Sub cujus ſcopulis [1] tangentes vertice cœlum
Speluncæ veteris ſervant inſignia cladis:
Finibus in mediis terrarum namque videntur
Oſtrea muricibus ſiccata latentibus eſſe;
Diluvium latebras dederat quod piſcibus illas.
Concipit & parit hic naturæ munere gemma,
Quam [2] pæaniten perhibent: prægnantibus iſta
Auxilium confert, facilis relevamine partus.
Cernitur hinc, niveas attollens vertice rupes,
Æmus Threïcius: quem contra tenditur agris
Ad zephyrum regio Dodones lata feracis.
Ad cujus notias partes, ſub rupe Aracynthi,
Ætolæ gentis ſunt belli laude potentis
Campi: quos medios Acheloïa perſecat unda,
Et mare Trinacrium perrumpit Echinadas inter.
Regna Cephallenæ prope ſunt ſapientis [3] Ulyſſi.
Iſta [4] galactiten ripis oſtendit in altis:
Uberibus prodeſt, nec non infantibus idem:
Et ſi quis terat hunc, albeſcit lacte liqueſcens.
Hunc fluvium juxta, præclaros ſolis ad ortus,
Phocis ad arctôos ventos extenditur ingens,
Donec contingat calida oſtia Thermopylarum,
Sub juga Parnaſſi: Cephiſſos gurgite magno
Quam mediam dirimit, deſcendens murmure vaſto:
Qua templum Phœbi memorabile, Delphica ſedes.
Nunc magno nobis ſunt inſulæ ore canendæ,
Quas homines toto diſperſas æquore cernunt.
Eſt igitur ponto tellus circumflua prima,
Cui nomen Gadis. ſtatuas hæc Herculis inter
A Tyriis colitur, Co inuſa vocata vetuſtis.
Continuoque jacent Gymneſiæ: has Baleares
Romani memorant. hinc frangitur [5] æquor Ebuſo.
Sardiniæ poſt quam pelago circumflua tellus
Fontibus è liquidis præbet miracula mundo:
Quod ſanant oculis ægros, [6] damnantque neſando
Perjuros furto, quos tacto [7] flumine cæcant.
Poſt quam non longe cernuntur littora Cyrni:

1 *Iterum ex* Solino, *capite nono.* 2 Ex *eodem capite, ſub finem.* 3 Ulixi *in noſtris* MSS. 4 *Al.* iſte, *nec male. Quæ ſequuntur habet etiam ex* Solino *ſub initium cap.* VII. 5 *Al.* æquore & æquore Buſos. 6 Ex Solin. IV. 7 Lumine *malit* Papius lino.

Corſida quam pariter, geminato nomine, dicunt.
Hanc ſolam perhibent [1] catochiten gignere terram.
Corporibus lapis hic, ceu glutine [2] tactus, adhæret.
Nulla tamen tellus altiſſima robora ſilvæ
Sic alibi generat. dehinc rupes Æolidarum,
Quas ſeptem numero perhibent, cognomine Plotas:
Quippe viam ratibus pelago dant undique vaſto.
Trinacriæ poſt has moles diſtenditur ampla:
Cardinibus ternis laterum quam terminat actus,
Procurrens Pachyno longe, clauſtriſque Pelori,
Exterrenſque rates Lilybæi cautibus aſpris.
Eminet ad zephyrum Lilybe, Pachynuſque ſub ortum
Adſpicit Auſoniam, boreæque Pelorus ad axes.
Qua mare vix ſuperant haud æquum mille periclis,
Anguſtum, rapido quod frangit gurgite ſaxa.
Traditur hic pelagi diruptas viribus olim
Excepiſſe fretum terras, cogente ruina.
Plurima ſunt iſthic totum memoranda per orbem.
Dianas [3] fons eſt, Camerina gignitur unda:
Quem ſi quis manibus non caſtis hauſerit unquam,
Lætifico triſtis non miſcet pocula Baccho.
Hæc eadem montem mirandum ſuſtinet Ætnam:
Vertice qui ſummo rigida nive temperat ignem,
Nec ſuperant flammæ frigus, nec frigora flammas.
At [4] ſalis hic Acragas miracula poſſidet unus,
Naturas in quo proprias mutare videntur
Ignis & unda: ſalem namque illum ſolvere flammæ,
Unda ſolet crepius illi conjuncta movere.
Hic & [5] Haleſinus fons eſt, mitiſſimus undis:
Tibia quam extollit, cantu ſaltare putatur
Muſicus, & ripis lætans excurrere plenis.
Cernitur egregius lapis hic, cui nomen achates:
Hoc dederat [6] fluvius cujus generatur ad undas:
Hanc ſimulacra vides venis oſtendere gemmam.
Æquoris at Siculi, quod vaſtis funditur undis,
Ad noton, eſt pontus Libyæ, Syrtiſque vadoſa
Major. at ulterius ſi pergas, cerne minorem
Occiduam: juxta quam [7] Meninx inſula fulget,
Et Cercinna ſimul, Libyca ſtatione patentes.
Adria qua penetrat, venias ſi parte ſiniſtra,

1 Iterum ex Solino cap. III. 2 Al. illius, non ita commode. 3 Ex Solino, cap. V. 4 Vide Solinum, cap. V. 5 Ex eodem Solino, ibid. 6 Sc. Achates fl. Vide Solinum. 7 In MSS. noſtris Menix.

Atque legas Calabrum littus; tunc inſula magni
Oſtendit ſeſe Diomedis nomine dicta:
Quo profugus quondam victor conceſſerat ille,
Conjugis inceſtæ per fraudes Ægialeæ.
Ioniam pergens Abſyrtidas æquor ad ortus
Circuit: has olim Colchi tenuere feroces,
Laſſi dum fruſtra Medeæ furta ſequuntur.
Continuo poſt haſce Liburnidas adſpicis altas
Ad notias partes: hinc ſæva Ceraunia nautis:
Inſulæ Ambraciæ contra cernuntur in alto;
Et Corcyra potens; Ithaces atque aſpera tellus;
Et quas oblimat rivis Acheloïus amnis,
Flumine torrenti præcelſam Chalcida linquens.
Sed multæ Amniſi boreæ ſub parte videntur,
Ægylaque, inde Cythera, Calauria dura colonis:
Ad radios vergit ſed Carpathus. hanc prope Crete
Pinguis & umbroſis extendens collibus Iden,
Ante [1] ortus ſolis perhibent [2] quam fulgere ſole.
Gignitur [3] hic alimos: quam ſi quis mordeat herbam,
Compeſcit damnumque famis rabiemque diurnam.
At [4] Rhodos Ægyptum contra jacet, inſula dives,
Suniados contra quoque ſummum rupis, ad ortus;
Nubila [5] qua nunquam verterunt lumina ſolis:
Nam purus charæ potitur telluris. Abantas
Supra ſunt Salamis nec non Ægina. ſed ortus
Cernentem Cyprum pontus Pamphylius ambit.
Poſt hæc ſunt ternæ [6] citra Patareïda ſummam,
Fama Chelidonias celebrat quas nomine [7] terras.
Non procul eſt Arados, Phœnices æquore cincta.
Ægæi vero diverſis partibus alti,
Ad fauces arctas multæ ſunt inſulæ Abydi;
Confines Aſiæ dextræ, Europeſque ſiniſtræ:
Ad boream [8] tamen hæ pertendunt ordne longo.

1 Ex Solino *cap.* XI. 2 *In uno MS.* fulgeſcere. 3 *Itidem ex* Solino, *ibid.* 4 *Ita in omnibus MSS. neque merito reprehendi poteſt hac verſuum collocatio, etſi alia in* Dionyſio *ſit*: *quam* Aldus *exprimere volens hunc verſuum facit ordinem*; "At Rhodos Ægyptum contra jacet in- "ſula dives," "Nubila quam nunquam "verterunt lumina ſolis." "Nam purus "charæ potitur telluris.ad ortus" "Poſt- "hac ſuntternæ,citraPatareïde ſumma" "FamaChelidonias celebrat quas nomi- " ne terras." 'Suniados contra quoque "ſummum rups,Abantas" "Supra,ſunt "Salamisnec nõÆgina:ſed ortus" Cer- "nentem Cyprum pontus Pamphilius "ambit." "Nec procul eſt Arados Phœ- "nices æquore cacta". *Papius.* 5 *Et hic verſus ex* Solino *cp.*XI.*Verum in uno* MS. *ſic legitur*: Nubil quam nunquam vetuerunt lumine ſois,*in alio*,Nubila qua &c. 6 *Ita* Papius, *quod in Codd. quibuſdam fuerit* citra Patreïda ſumma. 7 *Forſan* ternas. 8 Tamn *pro* autem,*ut alibi.*

Europes

Europes Macris [1] agnoſcit Abantias oram,
Et celſa Scyrus, Peparethus, ſacraque Lemnos,
Fertilis atque Thaſos, ſimul Imbros, poſt Corybantum
Mœnibus antiquis Samothracia cernitur [2] alta.
Aſt Aſiæ partem [3] quæ tangunt æquore primæ,
Delon circumdant: has dicunt Cycladas eſſe.
Continuo Sporadas ceu ſtellas adſpicis almas,
Ioniaſque ſimul: quas inter Caunus, & altæ
Sunt Samos atque Chios celebratæ nomine claro.
Æolicæ poſt, & [4] Lesbus Teneduſque ſequuntur.
Et ſinus inde Melas Helles prorumpit in æquor.
Panditur hinc pelagus, tumidaque Propontide fervet
Ad boream: ſaxiſque viget Proconeſus in illa.
Eſt etiam lævis Euxini partibus una,
Quam Leucen perhibent, adverſa Boryſthenis amni,
Paſcit aves quoniam multas candore nivali.
Hic animas perhibent heroum laude potentes
Degere ſecuras, virtutis munere pulchro.
Cimmerium recta ſed ſi quis Boſporon ibit,
Cernitur huic dextra vaſtæ Mæotidis unda,
Inſula mole [5] gravi ſtans, [6] Alopeccea lata.
Poſt quam Phænagoren Hermonaſſamque nepotes
Egregiæ quondam coluerunt gentis Ionum.
Inſulæ hæ celebres pelagi ſunt nomine claro.
Aſt alias refluum circumdat Tethyos æquor:
Quarum demonſtrem poſitum regionis, & oras.
Æthiopes habitant Erythiam pectore juſti,
Atlantem juxta longævi. finibus olim
Venit hyperboreis quæ gens, poſt fata perempti
Geryonis, domuit quem virtus Herculis ingens.
Sed ſummam contra Sacram [7] cognomine, dicunt
Quam caput Europæ, ſunt ſtanni pondere plenæ
Heſperides: populus tenuit quas fortis Iberi.
Aſt aliæ oceani juxta boreatidas actas
Sunt geminæ; Rhenique Britannides oſtia cernunt:
Hic etenim laſſo perrumpit Tethya curſu.
Has tamen haud valeat ſpatio ſuperare per orbem

1 *In noſtris MSS.* contingit. 2 *In iiſdem* aucta. 3 *Al.* qua tangunt æquora primam, *&* quæ tangunt æquore primam. 4 *In uno MS.* Lesbos Tenedoſque. 5 *Ita in duob. Codd. MSS. in aliis* gravis. 6 *Non* Alopecen *inſulam intelligit* Dionyſius, *ut* Priſcianus *accepit, ſed* Tauricam Cherſoneſon, (*in qua ſunt* Hermonaſſa *&* Phænagore) *de qua ne ſomniavit quidem* Priſcianus, *ut ex eo licet colligere, quod* ἧς ἐπὶ *non* in qua, *ſed* poſt quam *tranſtulit.* Papius. 7 *Ita interpunxi, quum antea eſſet,* Sacram, cognomine dicunt &c.

Inſula. perfulget nigro ſplendore [1] gagates
Hic lapis, ardeſcens hauſtu perfuſus aquarum;
Aſt oleo perdens flammas, mirabile viſu:
Attritas rapit hic teneras, ceu ſuccina, frondes.
Nec ſpatio diſtant [2] Neſidum littora longe:
In quibus uxores Amnitum Bacchica ſacra
Concelebrant, hederæ foliis tectæque [3] corymbis.
Oceani tranans [4] hic navibus æquor apertum,
Ad Thulen venies: quæ nocte dieque relucet
Titanis radiis, [5] cum curru ſcandit ad axes
Signiferi, boreas ſuccendens lampade partes.
At navem pelago flectenti aquilonis ab oris
Ad ſolem calido referentem lumen ab ortu,
Aurea ſpectetur tibi pinguibus inſula glebis.
Hinc tepidos proram convertens navis ad auſtros
Taprobanen venies: generat quæ magna elephantes
Per fines Aſiæ. jacet hæc ſub ſidere cancri.
Littoribus cujus ſaliunt denſiſſima cete,
Quæ paſcit vaſtum mare Rubrum, montibus æqua:
Tenditur horribilis quorum per terga per armos
Spina, ferens cladem fatumque ſub ore feroci:
Quippe ſolent pariter navem ſorbere viroſque.
Nam mala tam pelagus quam terra merentibus offert.
Ulterius pergas ſi poſt Carmanida ſummam,
Ogyris [6] occurrat: qua dicitur eſſe ſepulcrum
Regis Erythræi; dederat qui nomina ponto.
Perſicus inde ſinus penetratur, & Icaron offert:
Inſula quæ fertur nimium [7] placare Dianam.
Tot ſunt ingentes, quas [8] claudit Tethyos unda,
Inſulæ: aſt aliæ diverſis partibus orbis
Diſperſæ. plures famam latuere minores,
Duris difficiles nautis, vel [9] portubus aptæ:
Quarum non facile eſt mihi promere nomina verſu.
Aſt Aſiæ fines ambarum linea monſtrat
Et formam, contra poſitarum in imagine coni.
Paulatim trahitur tamen hæc orientis ad oras;
Oceanus ſtatuas Bacchi qua tangere fertur,

1 Ex Solino, *cap.* XXII. *Vide* Salmaſii *Exerc. Plin.* p. 177. &c. 2 *In* Dionyſii *Exemplaribus* νησιάδων. *Fortaſſe* νησίδων *legebat* Priſcianus. 3 *Poſt hunc verſum quatuor alii occurrunt in Editione* Aldina: *quos cum* Papio *ejiciendos eſſe cenſuimus, quod in Codd. MSS. non reperiantur.* 4 Hinc *in MS. Bodl.* 5 *In u*[...] *è noſtris MSS.* cum currus ſcandit, *in alt*[...] cum currus candet. 6 Occurrit in u[...] MS. 7 *Al.* placere Dianæ. *Ibi Dianæ f*[...]*num & Apollinis exſtitiſſe, auctor eſt* Str[...]bo, *lib.* 16. p. 766. 8 Cingit *in uno MS.* 9 [...] *pluribus MSS.* pontibus. *non adeo recte.*

Finibu

Finibus Indorum poſtremis: gurgite torrens
Qua Ganges liquido Nyſſæos irrigat agros.
Non tamen eſt ſpatio ſimilis telluris apertæ.
Scilicet ambabus penetrabilis unus in illis
Funditur oceani ſinus & diſterminat ambas.
Aſt Aſiæ gremio triplex mare confluit undis:
Hyrcanum, pariter Parthum, ſimul atque Sabæum;
Hæc noton, at boreos Hyrcanum vergit ad axes,
Gurgitis Euxini vicinum: multa virorum
Millia quod circum degunt, per littora Ponti.
Amborum medius campis diſtenditur iſthmos.
Aſt Aſiam qui mons excelſus dividit omnem,
Incipit à mediis terræ Pamphylidis oris,
Et longis ſeſe ſpatiis producit ad Indos;
Nunc obliqua means, nunc recto limite currens:
Vertice quem torvo perhibent cognomine Taurum.
Cornua nam ſummus ſcopulis imitatur acutis,
Multifiduſque ſuos colles huc ſpargit & illuc.
Ex hoc innumeri deſcendunt fontibus amnes:
In partes euri, zephyri, boreæque, vel auſtri.
Quis memorare queat fluviorum nomina cuncta?
Non tamen eſt unum montis cognomen ubique,
Sed varii flexus variantur nomine multo:
Singula ſed propriis ſunt nomina nota colonis.
Nunc igitur gentes illum populoſque tenentes,
Qui celebres, memorem; ſed felix numen adeſto.
Mæotæ primi tangunt Mæotidis undas;
Sauromatæque truces, gens aſpera Martis in armis:
Sanguis Amazonidum fortis quos protulit olim,
Sauromatis mixtæ quæ, Thermodonte relicto,
Ingentes genuere viros, belloque potentes:
Innumeras habitant qui ſilvas, gurgite vaſto
Inter quas Tanaïs Mæotidis intima pulſat,
Europen fluvio dirimens Aſiamque reflexo:
Europen zephyris, Aſiam ſub partibus ortus.
Caucaſiis [1] exit cujus fons montibus altis,
Murmure cum vaſto Scythiæ per plana refuſus.
Hunc tamen, immenſo torrentem flumine, vertit
In glaciem boreas horrendo flamine ſævus.
Heu miſeros homines, habitant qui finibus illis,
Aëre damnati triſti nimioque rigore,
Quo pereunt pecudes pariter populique virorum,

1 *In MSS. duobus* Rhipæis exit &c.

Ni propere linquant ſua rura furentibus euris.
Hi Tanain habitant fluvium prope Sauromatarum.
Cui ſunt vicini Sindi quoque, Cimmeriique.
Poſt hos Cercetii; juxta quos Axenus altis
Fluctuat æquoribus: nec non Oretæque feroces;
Et qui Trojanæ poſt prælia gentis Achæi,
Aſcalaphi [1] regis victricia ſigna ſequentes,
Diſpulſi ventis iſtas venere ſub oras.
Poſt hos Heniochi, genuit quos Græcia tellus:
Et Zygii juxta vivunt regione ſub una.
Intima ſed Ponti, poſt fines Tyndaridarum,
Ægypto miſſi Colchi tenuere coloni:
Caucaſii montis prope collem, & Caſpia ponti
Littora: qua celeres deſcendunt Phaſidis undæ,
Circæoſque ſecant campos atque æquora Ponti:
Naſcitur Armenii fluvius qui vertice montis.
Ad cujus partes boreas, & ſolis ad ortus,
Euxinum dirimens & Caſpia littora late,
Diffuſus ſpatium per longum panditur iſthmos.
Quem juxta terras habitant orientis Iberes:
Pyrrhenes quondam celſo qui monte relicto,
Huc advenerunt Hyrcanis bella ferentes.
Hic Camaritarum gens eſt, chariſſima Baccho.
Fluctibus hanc propter perſævit Caſpius æſtus:
Undique quem tereti concludit margine tellus.
Sed mare non valeat tribus illud menſibus ulla,
Scilicet immenſum, navis tranſire profundo.
Hoc tamen exacuit pars una ſub axibus æquor,
Qua tractum refugæ miſcetur Tethyos undæ.
Multa quidem generat vivis miracula rerum:
Sed tamen egregio cryſtalli pondere gemmam,
Atque, malos lemures quod pellit munus, iaſpin;
Nocturni manes fugitant quam membra tuentem.
Hoc igitur pelagus quæ gentes undique cingunt,
Incipiens numerem primis aquilonis ab oris,
Quæ vergunt zephyro, quas Caſpia littora claudunt.
Primi ſunt Scythiæ populi, Saturnia juxta
Æquora viventes, Hyrcanique oſtia ponti.
Quos ſupra [2] gryphes ditiſſima rura ſmaragdo,
Qualem non alius terrarum poſſidet orbis,
Atque aurum ſibimet defendunt pondere puro.

1 *Aſcalaphi quidem nomen legimus, ſed Troja occiſi: cui & epitaphium inter heroas Homericos* Ariſtoteles *poſuit. Sed hunc alium eodem nomine fuiſſe neceſſe eſt, etſi nihil de eo mihi conſtat.* Papius.

2 *Vide* Solinum, *cap.* XV.

Omnia

Omnia ſed duri ſuperans audacia lucri,
Adverſus volucres heu commovet arma virorum:
Prælia nam faciunt Arimaſpi gryphibus hoſtes.
Hic & cryſtalli perlucet maxima moles.
Hinc [1] Unnus ſequitur. poſt fortis Caſpia proles.
Hinc ſunt Albani bellaces Marte feroci:
Unde [2] canes nati ſuperant genus omne ferarum.
Magnus Alexander miſſum ſibi viderat inde
Victorem barrique canem, rapidique leonis.
Poſt hos Caduſi duriſſima rura colentes:
Et prope ſunt Mardi: ſequiturque Hyrcania plebes.
Hinc Apyri, per quos Mardus devolvitur amnis:
Dercebius bibit hunc præter Bactruſque fluentem,
Per quos Hyrcanum currens deſcendit in æquor.
Sed Bactri mediis habitant telluris in arvis,
Parneſſum [3] late prope montem rura tenentes:
Dercebii vero ſub Caſpia littora vergunt.
Poſt hos Maſſagetæ trans flumen Araxis, ad ortum
Hoſpitibus ſævi cunctis, belloque feroces:
Non Bacchi donum, Cereris nec munera norunt:
Sed lac commixtum potant cum ſanguine equino.
Hos juxta [4] boream vergit Choraſmia proles.
Sugdias hanc ſequitur: rapidus quam dividit Oxus,
Emodum montem qui linquens Caſpida rumpit.
Inde Sacæ nimium certis gens mira ſagittis,
Flumen Iaxartem juxta quibus arva coluntur;
Et Tochari, Phrurique, & plurima millia Serum.
Illis nulla boum, pecoris nec paſcua curæ:
Veſtibus utuntur, texunt quas floribus [5] ipſi,
Quos tenuant lectos deſertis finibus ipſi.
Aſt alia Scythiæ gens eſt extrema per arva;
Quos prope ſunt triſtes ventis & frigore terræ:
Namque nives ſemper pulſant has grandine mixtæ.
Caſpius his populis luſtratur pontus & oris.
Aſpice poſt Colchos nunc & poſt Phaſidis undas,
Occaſum verſus, populos in littore ponti
Euxini denſos uſque ad Chalcedonis arva:
Boſporus anguſtat ſcopulis quæ Thracius urgens.
Buzeres primi: quos juxta terra [6] Vechirum.
Macrones poſt hos pariter, Philyreſque ſequuntur:

1 *In MSS.* Thymus, Tinus, Thynus & Thonus: *in quibus omnibus veſtigia* [illegible] *Græcæ lectionis* Θοῦνοι. 2 *Vide* Solinum, *cap.* XV. 3 *In MSS. noſtris, aliiſque* Parpeſſum. 4 Borea *in quibuſd. MSS.* 5 Ipſis *in uno MS.* 6 *Al.* Bechirum.

Moſſy-

Moſſynique domos præbent quîs lignea tecta:
Turribus arboreis habitantes, unde vocantur.
Hinc [1] pecorum dives nimium gens eſt Tibarenûm.
Hanc prope ſunt Chalybes, duriſſima rura colentes:
Quos labor exercet ſævus ferrique metalla.
Vicinos iſtis campos terramque patentem
Aſſyrii complent populi: qua gurgite vaſto
Inter Amazonidas Thermodon, Martius amnis,
Armenium linquens montem, deſcendit in æquor.
Huc Aſiæ quondam devenit alumna Sinope:
Ex qua cognomen ceperunt mœnia clara.
Illius fluvii gelidas prope frigore ripas,
Invenies lapidem cryſtalli, pondere puro,
Conſimilemque gelu, nec non ſplendore [2] nitenti.
Gemma micans illic perlucet iaſpidis albæ.
Iris continuo liquidus [3] decurrit in æquor.
Poſt Halys eſt fluvius: boreæ qui currit in [4] oras,
Atque Carambidis irrumpit prope littora Pontum,
Armeniis primas qui montibus accipit undas.
Paphlagones poſt hos, Mariandynique ſequuntur,
Bithynique viri, pinguiſſima rura colentes:
Qua Rhebas pulcher gratiſſima flumina volvit,
Rhebas, qui rapidi decurrit ad oſtia Ponti.
Tot [5] populi terras habitant per littora Ponti:
Nam prius expoſita Scythiæ ſunt ſemina gentis.
Nunc Aſiæ regio contingens littora nobis
Dicatur: partes calidas [6] quæ currit ad auſtri,
Atque Helleſpontum tranſit Syriæque receſſus,
Poſcit & Arrabiam, [7] quæ florent ubere terræ.
Sunt Chalcedonii primi, poſt oſtia Ponti,
Mœnia Byzantis qui cernunt optima contra,
Romaniſque pie regnis dominantia mundo.
Bebrycii poſt hos, & Myſia montibus alta,
Qua Cius egregia decurrens murmurat unda:
Qua nymphas comitem perhibent rapuiſſe potentis
Alcidæ puerum, triſtiſſima fata gementis.
Hinc Helleſpontum [8] pertenditur angulus ingens,
Qua brevior Phrygiæ pars eſt: nam latior intus

1 *In Codd. nonnullis*, Hinc pecorum eſt dives nimirum gens Tibarenûm. *Eleganter quidem, ſed non adeo vere.* Papius. 2 *Al.* nitentem. 3 *In aliquibus* percurrit. *minus recte.* 4 *Al.* ortus. 5 *Hic verſus, qui Græca* Dionyſii *pulchre exprimit, deeſt in quibuſd. Codd.* MSS. 6 *Al.* decurrit. 7 *Quid ſi* quæ florens, *aut* qua florent *legamus, ut ad ſolam Arabiam pertineat?* Papius. 8 *Al.* protenditur.

Sangarii

Sangarii ripis fluvii vicina rapacis.
Tenditur hæc potius Titanis pinguis ad ortus:
Altera ad occaſus, altæ ſub montibus Idæ,
Altaque qua cecidit præclaro nomine Troja,
Ad Xanthi liquidas nec non Simoëntis ad undas.
Poſt hæc Æoliæ tellus prætenditur oræ,
Fluctibus Ægæi primis quæ tunditur alti.
Inde tenet terras, pelagus prope, ſanguis Ionum:
Per quas Mæander pinguis deſcendit in æquor,
Inter Miletum currens latamque Prienen.
Ad latus iſtorum boreum ſunt mœnia clara;
Urbs Epheſus, claudit quam grato littore pontus.
Poſt has Mæoniæ tellus, quæ vergit ad ortus:
Et Tmoli colles, fluvius quibus aurifer exit
Pactolus: cujus prope ripas tempore verno
Si ſedeas, dulci capiaris pectora cantu
Cygnorum, paſcunt quos herbæ flumina circum.
Nam florent Aſiæ per campos plurima prata:
Sed magis ad fluvium Mæandri, gurgite [1] miti
Quem juxta volvens ſe murmurat unda Cayſtri.
Poſt hos ſunt Lycii: quos Xanthus dividit amnis,
Ad mare vergentes: qui Tauri cornua cernunt,
Uſque ad Pamphylos, perhibent quem nomine Cragum.
Illic adſpicies Aſpendum: mœnia cujus
Eurymedon amnis radit vicina profundo.
Continuoque jacent aliæ Pamphylides urbes:
Corycus, Pergeque calens, & celſa Phaſelis.
Has ſupra mediis habitant telluris in arvis,
Ad partes ortus, gens dura Lycaonis armis.
Poſt has Piſidum pinguiſſima rura coluntur:
Telmiſſus [2], Lyrbe, nec non clariſſima Selge,
Gentis Amyclææ pulcherrima mœnia quondam.
Hinc ſinus eſt longus Cilicum, qui vergit ad ortus,
Euxini penetrans vicinas æquoris undas.
Hunc Aſiæ perhibent anguſtis partibus eſſe.
Cui tamen immenſo fluvii ſe gurgite miſcent,
Per longum Pyramus ſpatium, Pinaruſque voluti,
Flexilis & Cydnus, dirimit qui flumine Tarſon.
Hinc aliæ Cilicum ſunt celſis mœnibus urbes:
Lyrneſſus, Malloſque ſimul vicina profundo,
Atque Soli medio terrarum fine locati.
Commagena dehinc regio, Syriæque ſequuntur

1 *In MSS. noſtris* noto. 2 *Al.* Termeſſus.

Urbes, diſpoſitæ per longi littora flexus.
Nam Caſii montis qua prominet ora per æquor,
Vergit in occaſus diffuſis tractibus unda.
Nunc reliquas Aſiæ partes tibi carmine pandam,
Quadrati lateris qua clauditur undique forma:
Et ſpatiis campos longis protendit in ortum.
Scis etenim memoraſſe tibi, quod collibus altis
Per totam mediis mons ingens tenditur [1] actu,
Qui fines Aſiæ nigros producit ad Indos:
Hoc eſto laterum boreum tibi. Nilus ad oras
Heſperias finit: ſed Tethys ſolis [2] ab ortu
Indica concludit: Rubrum mare terminat auſtrum.
Adſpice nunc igitur dum finem verſibus ortus
Pervenio, retegens tibi veris omnia rebus,
Incipiens Syriæ terris, qua parte reliqui.
Quæ, pelagus ſupra, ſub ſolem, vergit ad auſtros,
Urbibus & multis habitatur: nomine priſco
Quæ Cava vulgatur, mediam [3] quia collibus altis
Atque humilem Libanus claudit protentus in ortum,
Occaſumque petens Caſius: multiſque virorum
Incolitur populis locupletibus alma diremptis.
Namque alii mediis habitant telluris in arvis,
Hoſque Syros proprie perhibent: ſed littora juxta
Phœnices vivunt, veteri cognomine dicti:
Quos miſit quondam mare Rubrum laudibus auctos,
Chaldæo nimium decoratam ſanguine gentem;
Arcaniſque dei celebratam legibus unam.
Qui pelagus primi tentantes navibus altis,
Disjunctas gentes docuerunt jungere mercem:
Et primi ſtellis numeros [4] nomenque dedere,
Atque oculis (mirum) [5] voces ſentire figuris.
Hi muros Iopes, [6] Gazam, quoque Elaïda complent,
Antiquamque Tyrum, Beryti & mœnia gratæ,
Vicinamque mari [7] Byblin, Sidonaque pulchram,
Quam juxta liquido Boſtrenus gurgite currit,
Et pinguem Tripolin, nec non Orthoſida ſacram,
Laodicen pariter poſitam prope littus amœnum,
Et Poſidi turres, & Daphnes optima tempe.
Terrarum mediis Apameæ mœnia claræ:
Ad cujus partes eôas currit Orontes,
Antiochi medius dirimit qui gurgite regna.

1 Actus *legendum cenſet* Papius: *quod in MSS. ſit*, arctus *&* archtos *&* arcu. 2 *Al.* ad ortus *&* ad ortum. 3 *In uno MS.* quam. 4 *In MSS. noſtris* numenque dederunt. 5 *In Cod. Langiano* vocis ſentire figuras. *non male, ut cenſet* Papius. 6 Gazamq; & Elaïda *edidit* Aldus. 7 *In uno MS.* Byblum.

Hæc

Hæc omnis pingui tellus eſt ubere læta,
Arboribus pariter pecorique & commoda viti.
Ad cujus fines veniens quos terminat auſter,
Arrabii cernes extremi littora ponti:
Qui Syriam medius diſterminat Arrabiamque,
Et tangit, vergens orientem verſus [1] Elanos.
Dives Arabs poſt quos latiſſima poſſidet arva,
Quæ protenta diu cinguntur ab æquore Perſo,
Arrabioque, ferit zephyrus quod flamine ſævo:
Perſica nam flatus eôi littora turbant.
Ora ſed hæc auſtro tendit ſubjecta per ortus,
Fluctibus oceani pulſatur & undique Rubri.
Hanc quoque deſcribam tenui ratione receuſens.
Nam populos paſcit felices divite terra,
Floribus & variis miracula præbet odoris.
Namque thyo, myrrhaque viget, cum thuris odore,
Et caſia, nec non & cannæ dulcis odore:
Cinnama præterea [2] jucundæ naribus auræ
Fertilis hæc generat tellus, aurique metalla:
Veſtibus auratis quare gens utitur illa.
His, pueros ſervans, [3] molochites ſplendet arenis:
Androdamaſque lapis compeſcens pectoris iras.
Sed Libani montis ſunt poſt declivia primi,
Felices opibus, Nabatæi nomine dicti.
Chaulaſii [4] poſt hos atque Agrees: inde propinquat
Chatramis, atque Macæ contra ſunt Perſidis æquor;
Minnæique maris prope Rubri littora vivunt:
Atque Sabæ poſt hos, nec non habitant Cletabeni.
Arrabiæ populi celebres hi nomine claro.
Sunt tamen & plures alii. nam maxima tellus.
Trans iſtam, zephyri ſub partes, degit Erembûm
Speluncis genus infelix, & rebus [5] egenum:
Qui ſolis radiis nigreſcunt corpus aduſti,
Diſperſique dolent luſtrantes more ferarum;
Non Arabis ſimiles opulentis. ſcilicet æqua
Omnibus eſſe poteſt nunquam fortuna bonorum.
Poſt Libani [6] montes populi ſunt, ſolis ad ortus,
Alterius Syriæ: quæ tendit ad uſque Sinopen.
Cappadoces mediis habitant in finibus hujus:
Terminus Aſſyrios ſed claudit Ponticus, ille
Thermodon pelagi [7] qua pulſat gurgite fluctus.

1 *In nonnullis MSS.* Alanos. 2 *In uno MS.* jucundæ. 3 *Vide* Solinum, *ſub finem cap.* XXXIII. 4 *Al.* Chablaſii. 5 *In quibuſdam MSS.* egenis. 6 *Al.* montem. 7 *Al.* qui.

Cujus ab eôo decurrit limite [1] vaſtis
Viribus Euphrates, deſcendens montibus aſpris
Armeniæ, longuſque noton [2] pertendit: & inde
Ad ſolem flexus, Babylonis dividit urbem:
Littora deinde ruens perrumpit Perſidis undæ,
Extrema fluvii ſub parte Teredona radens.
Hujus ad auroram ripis devolvitur altis
Tigris, aqua ſuperant quem flumina nulla rapaci.
Sed tantum [3] diſtat, quantum vix ſeptimus ortus
Conficiat pedibus ſpatii properantibus ire:
Atque [4] lacu medius Thonites intrat, & exit;
Nec violatur aqua quamvis penetrabilis [5] illa,
Ocyor atque vadis emergens cedit amaris.
Hoc tamen omne ſolum fluvius quod cingit uterque
Indigenæ populi pro re dixere [6] Medamnam,
Quod medias amnes has terras flumine cingunt,
Agricolis pariter paſtoribus atque feracem.
Ubere nam læto florent ibi ſemina cuncta,
Herbarumque toris & gramine læta vireſcunt:
Et variis rami complentur fructibus alti.
Gens quoque præfulget claris in laudibus illa.
Nam peperit multos celſa virtute potentes,
Atque deo ſimiles, licet ut mortalibus eſſe.
Armenii juxta quam ſunt aquilonis ad axes,
Comminus & fortes quos ſentit Mars Matieni:
Quos prope concludunt Euphratem collibus altis
Montes, divitiis pariter belloque potentes.
Ad partes auſtri Babylon: quam mœnibus olim
Mirandis poſuit firmiſque Semiramis urbem.
Cujus in arce domum ſplendentem fecerat auro:
Quam ſimul argentum varie decoravit, eburque.
Hoc quoque pingue ſolum palmarum divite ſilva,
Quod fert berylli munus, pretioſius auro,
Berylli lapidem liquidum glaucique coloris,
Per loca quæ tendunt [7] Aſianæ ad mœnia petræ.
At ſupra Babylona [8] vides & flamina vaſta
Ciſſos, Meſſabataſque, Chalonitaſque feroces.
Armenios montes ſi linquens ibis ad ortus,
Medica noſcetur tibi tellus: cujus ad axes
Geli ſunt, Mardique, viri ſimul Atropateni.

1 *In uno* MS. vaſtus. 2 *In uno* MS. protenditur: inde. 3 *Al.* diſtant. 4 *Ita in omnibus* MSS. lacum *edidit* Aldus. 5 *In Cod. Langiano & uno e noſtris* ille. 6 *Al.* Medamnem. 7 Ophianæ *pro* Aſianæ *legendum eſſe docet* Salmaſ. *in Exerc. Plin. p.* 241. 8 *Fortaſſe legendum,* vides ad flamina vaſta, *id eſt*, ad boream.

Ad

Ad noton inde habitant Medorum rura tenentes.
Medea huc fugiens dederat cognomina terræ.
Hinc Medi varios uſus 1 novere veneni:
Quorum per multas ſpatium diffunditur oras.
Hæc generat narciſſiten oriente ſub ipſo,
Qui lapis eſt fuſcus: complent hanc undique ſilvæ,
Inter quas homines 2 pecuaria ditia paſcunt,
Caſpiadas tangunt portas qui ſolis ab ortu.
Rupibus hæ celſis Aſiæ ſunt clauſtra potentis:
Qua via ſub boream duplex ſe ſcindit & auſtrum;
Hæc regit ad Perſas, Hyrcanos ducit at illa.
Sub colles imos habitant, poſt Caſpia clauſtra,
Martia gens Parthi, telis arcuque potentes:
Vivere qui ſpoliis gaudent, raptuque nefando.
Quapropter bellis homines vexantur in orbe,
Atque optata perit multo pax ſanguine mundi.
Poſt hos eſt Perſis, circumdata montibus altis,
Aſſiduis florens regnis & divite cenſu,
Ex quo perdomuit Lydorum mœnia Sardes.
Cingitur excelſis hæc undique collibus omnis,
Advergens auſtros, poſt Caſpia clauſtra: petenſque
Quod proprio pelagus celebrat cognomine latum.
Atque tripartitis habitatur finibus illa.
Namque colunt alii, rigidæ ſub partibus arcti,
Terras quas Medi nemoroſis montibus umbrant.
Aſt alii mediæ vivunt regionis in arvis:
Littora poſtremi tangunt auſtralia Perſæ.
Prima parte Sabæ, mediuſque Paſargada, poſt hunc
Taſcorum telis habitat gens fortis & arcu:
Quique tenent populi diviſos Perſidis agros.
Amnibus hæc multis recreatur, & ubere pingui.
Hinc Coros immenſus profunditur: inde 3 Choaſpis
Fonte cadens Indo, qui ſtringit gurgite Suſas;
In cujus ripis præclarus fulget achates,
Pondere 4 conſimilis volvit quos unda cylindris.
Fertilis hæc tellus fœcundis paſcitur auris:
Nam ventis ſemper floreſcunt rura ſecundis.
Hæc 5 eadem gemmis nimium decoratur honeſtis.
Quarum quis varias vires, quis nomina dicat?
Tecolithum memorem, juſto cognomine dictum,
Qui lapides renum tritus potuſque reſolvit:

1 *In uno è noſtris* MSS. movêre. 2 *In* MSS. *noſtris* pecora præditia. 3 *In iiſd.* MSS. Choaſpes. 4 *In Cod. Langiano & uno è noſtris* conſimili. 5 *Quæ ſequuntur uſque ad.* v. 991. *ex* Solino, *cap.* XXXVII.

Myrrhi-

Myrrhitemque, bonum nardi cum reddit odorem.
Hic aëtites eſt: ſonitum cui ſpiritus addit
Arcanum crepitans, prægnantibus utilis [1] ægris.
Nec non pyrites, digitos qui ſtrictus adurit.
Gemmaque quæ radios [2] emittit candida ſolis.
Atque ſelenites, lunaris imagine lucis
Qui decus & minuit proprii ſplendoris & auget.
Reſpice nunc reliquas Aſiæ ſub finibus oras.
Perſidis ad pontum Carmani, ſolis ab ortu;
Littora pars habitant, mediæ pars limina terræ.
Gedroſi poſt hos tendunt orientis ad ignes,
Oceanum juxta: radiis propioribus inde
Eſt Scythiæ tellus auſtralis, flumen ad Indum,
Qui ponto rapidus Rubro contrarius exit.
Gurgite nam celeri rectus decurrit ad auſtrum,
Caucaſiis oriens primum de montibus altis:
Dividua cujus Patalene cingitur unda:
Separat innumeras & vaſto gurgite gentes;
Ad partes rapidi qua vergunt lumina ſolis,
Oritas, Aribaſque ſimul, linique Arachotas
Utentes lænis, & Satraïdas ſimul omnes,
Parpanei [3] montis ſub celſa rupe, Arienos
Nomine communi. qui terras ubere nullo
Florentes habitant: ſquallent nam ſentibus aſpris;
Curalii lapidem qui [4] rubrum littore carpunt,
Sapphirique decus nigri flavique coloris
Saxorum cædunt venis, hac merce beati.
Indorum terras hinc Tethyos æquora claudunt,
Quas primo Titan adſcendens lumine cernit.
Unde color populis niger eſt flagrantibus ortu,
Atque gerunt ſimiles hyacintho fronte capillos.
Effodiunt alii terras, aurique metallum.
Aſt alii texunt tenuiſſima tegmina lini:
Vel dentes ſtringunt elephantis ab ore revulſos.
Scrutantur ripis alii torrentibus imbri
Berylli gemmas glauci, nitidumque adamanta,
Atque aura viridi legitur quæ ſplendet iaſpis,
Curaliique [5] decus liquidi, gratique topazi;
Purpureoque amethyſtos ineſt ſuffuſa colore.
Divitias magnas ſic tellus illa miniſtrat.

1 *In MSS. noſtris* ille. 2 *In iiſd. pariter ac in Langiano Cod.* imitatur. 3 *Mallem* Parpaniſi, *vel* Parniſſi *cum* Salmaſio *in Exerc. Plin.* p. 553. 829. 4 *In MSS. noſtris* rubro. 5 *In uno è noſtris MSS. tam hic quam ſupra,* Curalli.

Aſſiduiſque

Aſſiduiſque rigant hanc totam fontibus amnes:
Arboribuſque viget variis, milioque frequenti,
Et pretio rubræ perfloret arundinis illa.
Hic alii ſuperant [1] procero corpore tantum,
Inſiliant equitum faciles ut more elephantos:
Aſt alii vivunt ſapienti pectore nudi,
Luminibuſque vident rectis, mirabile, ſolem:
Et radios oculis & ſacra mente retractant,
Signaque concipiunt arcana luce futuri.
Pſittacus hic viridis, decoratus torque rubenti,
Naſcitur, humanæ ſimulat qui verbera linguæ.
Nunc age, te fluvios, montes, formamque docebo
Ipſius terræ, populos, genteſque beatas.
Marginibus ternis tellus hæc clauditur omnis,
Obliquatque latus per cunctas linea partes.
Heſperios fines immanis terminat Indus;
At notios pelagus concludit gurgite Rubrum:
Sed Ganges ortus, & Caucaſus excipit arctum.
Hanc homines habitant multi diteſque colendam,
Nominibus variis diſcreti & finibus amplis.
Dardanei ripas contingunt fluminis Indi:
Hic ubi præcipitem ſcopuli fundunt Aceſinem,
Huncque capax claſſis venientem volvit Hydaſpes:
Tertius hos ſequitur ſplendenti gurgite Cophes.
Taxilus inter quos habitat, cum gente Sabarum.
Hinc Scodri poſt hos ſunt, [2] Peucaleique feroces,
Gargaridæque truces: auri qua pondus honeſtum
Devolvens Hypaniſque [3] vehit, rapiduſque Magarſus:
Quos capit Emodo miſſos Gangetica monte
Tellus, porrigitur quæ ad terræ Colidis auſtros,
Oceani [4] tangens pelagus ſub collibus altis,
Quos volucres metuunt celeri contingere penna,
Unde locis Graji poſuerunt nomen Aornin.
Hic via, quam celebrat nomen, Dionyſia, Bacchi,
Cui ſtatuas dederat victoria finibus illis.
Hic [5] Tylos eſt, ſuperans vaſtæ miracula terræ,
Inſula. namque viret cunctis in partibus anni;
Nec foliis nudat ramos autumnus in illa;
Aſſidueque [6] tenet flores genus arboris omne.
Hic adamas fulget limphantia pectora ſanans,
Et prohibens miſeris occulti damna veneni;

1 *Vide* Solinum *cap.* LII. 2 *Al.* Peucaneique. 3 *In uno è MSS. noſtris* trahit. 4 *In eodem Cod.* tendens. 5 Ex Solino, *cap.* LII. 6 *In uno è noſtris Codd.* Aſſiduuſque tenet flos germen arboris omne.

Quem minime valeat ferrum ſuperare, nec ignis:
Frangitur [1] hircino maceratus ſanguine tantum,
Sed tepido, fractis multis incudibus ante.
Hic juxta poſitus magnetem viribus arcet
Occultis ferri raptu: vel tractibus ante
Admotum retrahit, defendens robore miro.
Hic [2] lychnis lucem ſimulat ſplendore lucernæ:
Hinc meruit nomen præclaro lumine dignum.
Tot ſunt per terras [3] vulgatæ nomine gentes.
Nam reliquas quæ mens valeat mortalis in orbe
Diſperſas numerare tibi ſine numine magno,
Quod bene diſpoſuit terras pontique profundum,
Sideribus variis decorans cœleſtia templa,
Et multis recreans gratiſque coloribus arva,
Munera per populos tribuens diverſa virorum.
Sed [4] vos terrarum tractus gaudete per ævum,
Et quæcunque mari circumdatur inſula vaſto,
Oceanuſque ſimul, nec non penetrabilis unda,
Quam gremio tellus ſinuoſo ſuſcipit alma;
Et fluvii, monteſque, lacus quos continet orbis.
Nam pelagi partes percurri carmine vaſtas;
Et terræ pariter regiones finibus amplis.
Omnipotens pro quo genitor mihi præmia donet.

1 *Hæc de adamante habet ex* Solino, *cap.* LII. 2 *Vide* Solinum *eod. capite.* 3 Vulgato *in uno è noſtris* MSS. 4 Nunc vos *in altero è noſtris.*

FINIS.

RUFI FESTI AVIENI

Ora Maritima.

LIBER PRIMUS.

QUÆSISSE te-met, ſæpe cogitans, Probe,
Animo atque ſenſu, Taurici Ponti [1] ſitus,
Capi ut valeret his, probabili fide,
Quos diſtinerent ſpatia Terrarum extima;
Subii libenter id laboris, ut tibi
Deſideratum carmine hoc clareſceret.
Fas non putavi quippe prolixa die
Non ſubjacere ſenſui formam tuo
Regionis ejus, quam vetuſtis paginis,
Et [2] quam, per omnem ſpiritus noſtri diem,
Secretiore lectione acceperam.
Alii invidere namque quod diſpendio
Tibi haud ſit [3] ullo, agreſtis & duri reor.
His addo & illud, [4] liberûm in te-met locum
Mihi eſſe, amoris ſanguiniſque vinculo.
Neque ſat ſit iſtud, ni ſciam te litteras,
Hiantibuſque faucibus [5] iſtarum abdita
Hauſiſſe ſemper, eſſe patuli pectoris,
Senſus [6] capacem; talium jugem ſitim
Tuo [7] eſſe cordi, & eſſe te præ cæteris
Memorem intimati. cur inefficaciter
Secreta rerum in non tenacem effunderem?
In non ſequacem quis profunda oggauniat?
Multa ergo, multa compulere me, Probe,
Efflagitatam rem tibi ut perſolverem.
Quin & [8] parentis credidi officium fore,
Deſideratum ſi tibi locupletius
Profuſiuſque Muſa promeret mea.
Dare expetitum quippe non parci viri eſt;

1 *Ita ex verſu* 33. *vulgo* ſinus. 2. Æquam *legit Barthius.* 3 *Forſan* ſit ullo, *aut* ſit ulli. 4 *Ita Pithœus ex conjectura, edidit tamen*, liberum temet locum" "Mihi eſſet amor, ſanguiniſque vinculo. *Poteſt etiam legi*, liberûm temet loco" "Mihi eſſe amoris &c. 5 *Vulgo* Veſtarum. *Barthius malit* veterum. 6 *Vulg.* ſenſu. 7 *Forſan* Tibi. 8 *Ita Pithœus. Vulg.* parent.

Augere porro muneris ſummam novi,
Mentis benignæ ſatque liberalis eſt.
  Interrogaſti, ſi tenes, Mæotici
Situs quis eſſet æquoris. Salluſtium
Noram id dediſſe, dicta & ejus omnibus
Præjudicatæ auctoritatis ducier
Non abnuebam. ad ejus igitur inclytam
Deſcriptionem, qua locorum formulam
Imaginemque expreſſor efficax ſtyli
Et veritatis pene in obtutus dedit
Lepore linguæ, multa rerum junximus,
Ex plurimorum ſumpta commentariis.
Hecatæus iſtic quippe [1] erit Mileſius,
Hellanicuſque Lesbius, [2] Phileas quoque
Athenienſis, Caryandæus Scylax,
Pauſimachus ille priſca quem genuit Samos,
Quin & Damaſtes nobili natus Sige,
Rhodoque [3] Bacorus ortus, Euctemon quoque
Popularis Urbis Atticæ, Siculus Cleon,
Herodotus ipſe Thurius; tum, qui decus
Magnum loquendi eſt, Atticus Thucydides.
Hic porro habebis, pars mei cordis, Probe,
Quicquid per æquor inſularum attollitur:
Per æquor illud ſcilicet, quod poſt cava
Hiantis orbis, à freto Tarteſſio
Atlanticiſque fluctibus, procul ſitam
In uſque glebam proruit noſtrum mare,
Sinuſque curvos atque prominentia:
Ut ſe ſupino porrigat littus ſitu,
Ut longe in undas inſerant ſe-ſe juga,
Celſæque ut urbes alluantur æquore:
Quis ortus amnes maximos effuderit,
Ut prona ponti gurgitem intrent flumina,
Ut ipſa rurſum ſæpe cingant inſulas,
Sinuentque late ut tuta portus brachia,
Ut explicentur ſtagna, ſeu jaceant lacus,
Scrupoſum ut alti verticem montes levent,
Stringatque nemora ut unda cani gurgitis.
Laboris autem terminus noſtri hic erit,
Scythicum ut profundum, & æquor Euxini ſali,
Et ſiquæ in illo marmore inſulæ tument,
Ediſſerantur. reliqua porro ſcripta ſunt

1 *Forſan* erat. 2 *Vulg.* Phileus, *&* *mox* Cyriandæus *&* Damaſtus. 3 *Vulg.* Bacoris.

Nobi

Nobis in illo plenius volumine,
Quod de orbis oris partibuſque fecimus.
Ut aperta vero tibi-met intimatio
Sudoris hujus & laboris ſit mei,
Narrationem opuſculi paulo altius
Exordiemur. tu [1] per intimum jecur
Prolata conde; namque fulcit hæc fides
Petita longe, & eruta ex Auctoribus.
Terræ patentis orbis effuſæ jacent,
Orbique rurſus unda circumfunditur.
Sed qua profundum ſe-met inſinuat ſalum
Oceano abuſque, ut gurges hic noſtri maris
Longe explicetur, eſt Atlanticus ſinus.
Hic Gaddir urbs eſt, dicta Tarteſſus prius:
Hic ſunt Columnæ [2] pertinacis Herculis,
Abila atque Calpe: læva dicti ceſpitis
Libyæ [3] propinquæ ſpatia duro perſtrepunt
Septentrione, ſed loco [4] certo tenent;
Et prominentis hic jugi ſurgit caput,
(Oeſtrymnin iſtud dixit ævum antiquius)
Moleſque celſa ſaxei faſtigii
Tota in tepentem maxime vergit notum.
Sub hujus autem prominentis vertice
Sinus dehiſcit incolis Oeſtrymnicus,
In quo inſulæ ſe-ſe exſerunt Oeſtrymnides,
Laxe jacentes, & metallo divites
Stanni atque plumbi. multa vis hic gentis eſt,
Superbus animus, efficax ſolertia,
Negotiandi cura jugis omnibus:
Noviſque [5] cymbis turbidum late fretum,
Et belluoſi gurgitem oceani ſecant.
Non hi carinas quippe pinu texere,
Acerceve [6] norunt, non abiete, ut uſus eſt,
Curvant faſelos: ſed rei ad miraculum,
Navigia junctis ſemper aptant pellibus,
Corioque vaſtum ſæpe percurrunt ſalum.
Aſt hinc duobus in Sacram (ſic inſulam
Dixere priſci) ſolibus curſus rati eſt.
Hæc inter undas multum [7] ceſpitis jacit,

1 *Vulg.* ex intimum. 2 *Al.* pervicacis. 3 *Ita ex conjectura. Vulg.* Libyæ propinquæ * ſtalia. 4 *Vulg.* certæ 5 *Vulg.* Noluſque cumbis. *unde*, non uſq; cymbis *legit Pithœus*, Nulliſque cymbis *Lud. Nonius*, Notiſque cymbis *alii.* 6 *Ita Lud. Nonius. Vulg.* Non hic carinas &c. *dein* Facere morem, *&* Curvant faſello. *Alii malint*, Fecere morem. *&* Curvant faſelos. 7 *Al.* ceſpitem.

Eamque late gens Hibernorum colit.
Propinqua rurſus inſula Albionum patet.
Tarteſſiiſque in terminos Oeſtrymnidum
Negotiandi mos erat, Carthaginis
Etiam [1] colonis, & vulgus, inter Herculis
Agitans columnas, hæc adibant æquora:
Quæ Himilco Pœnus menſibus vix quattuor,
Ut ipſe ſe-met [2] rem probaſſe rettulit
Enavigantem, poſſe tranſmitti adſerit.
Sic [3] nulla late flabra propellunt ratem,
Sic ſegnis humor æquoris pigri ſtupet.
Adjicit & illud, plurimum inter gurgites
Exſtare fucum, & ſæpe virgulti vice
Retinere puppim. dicit hic nihilominus
Non in profundum terga [4] demitti maris,
Parvoque [5] aquarum vix ſupertexi ſolum,
Obire ſemper huc & huc ponti feras,
Navigia lenta & languide repentia
Internatare belluas. ſi quis dehinc
Ab inſulis Oeſtrymnicis lembum audeat
Urgere in undas, axe qua Lycaonis
Rigeſcit æthra, ceſpitem Ligurum ſubit
Caſſum incolarum. namque Celtarum manu,
Crebriſque dudum præliis [6] vacuata ſunt.
Ligureſque pulſi, ut ſæpe fors aliquos agit,
Venere in iſta, quæ [7] perhorrenteis tenent
Plerumque dumos: creber his ſcrupus locis,
Rigidæque rupes, atque montium minæ
Cœlo inſeruntur. & fugax gens hæc quidem
Diu inter arcta cautium duxit diem,
Secreta ab undis; nam ſali metuens erat
Priſcum ob [8] periclum: poſt quies & otium,
Securitate roborante audaciam,
Perſuaſit altis devehi cubilibus,
Atque in marinos jam locos deſcendere.
Poſt illa rurſum, quæ ſuper fati ſumus,
Magnus pateſcit æquoris fuſi ſinus
Ophiuſam [9] ad uſque: rurſum ab hujus littore
Internum ad æquor, qua mare inſinuare ſe
Dixi ante terris, quodque Sardum nuncupant,

1 *Voſſ. malit* coloni. 2 *Melius forſan*, re probaſſe rettulit, *dein* Enaviganti poſſe &c. *vel* A navigante poſſe &c. 3 *Forſan* Hic nulla. 4 *Vulg.* dimitti. 5 *Forſan* Parvaque aquarum vi. 6 *Sc.* loca. 7 *Forſan* per horrenteis. 8 *Vulg.* periculum. 9 *Vulg.* Ophiuſa madus, que rurſ,

Septem

Septem dierum tenditur reditu [1] via.
Ophiuſa porro tanta panditur latus,
Quantam jacere Pelopis audis inſulam
Grajorum in agro. hæc dicta primo [2] Oeſtrymnica,
Locos & arva Oeſtrymnicis habitantibus.
Poſt multa ſerpens effugavit incolas,
Vacuamque glebam nominis fecit ſui.
Procedit inde in [3] gurgitem Veneris jugum,
Circumlatratque pontus inſulas duas
Tenue ob locorum inhoſpitas. [4] arvi jugum
Rurſum tumeſcit prominens in aſperum
Septentrionem. curſus [5] autem hinc claſſibus
Uſque in columnas efficacis Herculis
Quinque eſt dierum. poſt Pelagia eſt inſula,
Herbarum abundans, atque Saturno ſacra:
Sed vis in illa tanta naturalis eſt,
Ut ſi quis hanc in navigando acceſſerit,
Mox excitetur propter inſulam mare,
Quatiatur ipſa, & omne ſubſiliat ſolum
Alte intremiſcens, cætero [6] ad ſtagni vicem
Pelago ſilente. prominens ſurgit dehinc
Ophiuſæ [7] in oras, abſque arvi jugo
In hæc locorum bidui curſus patet.
Atqui dehiſcit inde prolixe ſinus,
Non totus uni facile navigabilis
Vento; [8] recedit nunquam medium aceris
Zephyro vehente, reliqua depoſcunt notum.
Et rurſus inde ſi petat quiſquam pede
Tarteſſiorum littus, exſuperet viam
Vix luce quartâ. ſiquis ad noſtrum mare
Malacæque portum ſemitam tetenderit,
In quinque ſoles eſt iter. tum Cepreſicum
Jugum intumeſcit: ſubjacet porro inſula
Achale [9] vocata ab incolis. [10] ægre eſt fides
Narrationi præ rei miraculo;
Sed quam frequens auctoritas ſat fulciat.
Ajunt in hujus inſulæ confiniis
Nunquam eſſe formam gurgiti reliquo parem:
(Splendorem [11] ubique quippe ineſſe fluctibus

1 *Vulg.* viæ 2 *Vulg.* Oeſtrymnis. 3 *Ita, vel* gurgites *legend. Vulg.* gurgitis. 4 *Vulg.* Aryium. 5 *Vulg.* aut hinc. 6 *Ita Pithœus. Vulg.* adſteni vicem. 7 *Vulg.* * Ophiuſa è moras. 8 *Prius* Vento recedit. nunquam &c. 9 *Forſan ſcribendum*, Acale. 10 *Vulg.* ageſti fides, *dein* Narrationis. Ægra eſt fides" "Narrationis *malit Barth.* 11 *Ut ſenſus conſtet, tres verſus parentheſi incluſos dedi.*

190 Vitri

Vitri ad nitorem, & per profundum marmoris
Cyaneam in undis eſſe certum imaginem eſt.)
Confundi [1] at illic æquor immundo à luto,
Memorant vetuſti; ſemper atque ſordibus
Ut fæculentos gurgites hæreſcere.
Cempſi atque Sæfes arduos colles habent.
Ophiuſæ in agro propter hos pernix lucis
Draganûm [2] proles ſub nivoſo maxime
Septentrione conlocaverant larem.
Pætanion autem eſt inſula [3] ad zephyrum latens,
Patuluſque portus: inde Cempſis adjacent
Populi Cynetum [4] prope Cyneticum jugum.
Qua ſyderalis lucis inclinatio eſt,
Alte tumeſcens ditis Europæ extimum
In belluoſi vergit oceani ſalum.
Ana amnis illic per Cynetas effluit,
Sulcatque glebam: panditur rurſus ſinus,
Canuſque ceſpes in meridiem patet.
Memoratus [5] Ana in gemina ſeſe flumina
Scindit repente, per quæ prædicti ſinus
Craſſum liquorem (quippe pingueſcit luto
Omne hic profundum) lenta trudunt agmina.
Hic inſularum ſemet alte ſubrigit
Vertex duarum: nominis minor indiga eſt,
Aliam vocavit mos tenax Agonida.
Inhorret inde rupibus cautes ſacra,
Saturni & ipſa. fervet illiſum mare,
Littuſque [6] late ſaxeum diſtenditur.
Hirtæ hic capellæ, & multus incolis caper
Dumoſa ſemper intererrant ceſpitum:
Caſtrorum in uſum & nauticis velamina
Productiores & graves ſetas alunt.
Hinc dictum ad amnem ſolis unius via eſt,
Genti & Cynetum hic terminus. Tarteſſius
Ager his adhæret, adluitque ceſpitem
Tarteſſus amnis. inde tenditur jugum
Zephyro ſacratum. denique arcis ſummitas
Zephyris vocata. celſa ſed faſtigia
Jugo eriguntur; [7] vertici multus tumor:
Conſcendit auras & ſuper [8] ſydera quaſi;

1 *Ita Barth. Prius* Conſodiat. *dein* immunda luto. 2 *Vulg*. Draganumque pr. 3 *Ita Barth. Vulg*. ad ſe ſumum latet. 4 Tò prope *deeſt in Vulgatis*. 5 *Ita lego, quod fluvium hunc* Δίστομον *vocet Strabo. Vulg*. Memorato aliam, *& mox* ſcindunt. 6 *Vulg*. latus. 7 *Forſan* verticis tumor" "Conſcendit. 8 *Vulg*. Syderis. *Barthius legit*, ſyderis ſuper & vias.

C[illegible] ſemper nubilum condit caput.
Regio omnis inde maxime herboſo ſolo eſt,
Nebuloſa juge his incolis convexa ſunt,
Coactus aër atque craſſior dies,
Noctiſque more ros frequens: nulla, ut ſolet,
Flabra inferuntur, nullus æthram diſcutit
Superne [1] venti ſpiritus; pigra incubat
Caligo terras, & ſolum late madet.
Zephyridos arcem ſi quis excedat rate,
Et inferatur gurgiti noſtri maris,
Flabris vehetur protinus [2] Favonii.
Jugum inde rurſus, & ſacrum Infernæ Deæ
Diveſque [3] fanum, penetral abſtruſi cavi
Aditumque cæci. multa propter eſt palus
Etrephæa dicta. quin & Herbi civitas
Stetiſſe fertur his locis priſca die:
Quæ, præliorum abſumpta tempeſtatibus,
Famam atque nomen ſola liquit ceſpiti.
Iberus [4] inde manat amnis, & locos,
Fœcundat undâ. plurimi ex ipſo ferunt
Dictos Iberos: non ab illo flumine
Quod inquietos Vaſconas [5] prælabitur.
Nam quidquid amni gentis hujus adjacet
Occiduum ad axem Iberiam cognominant.
Pars porro Eoa continet Tarteſſios
Et Cilbicenos. Cartare poſt inſula eſt
Eamque pridem [6] ni fluxa ſatis eſt fides,
Tenuere Cempſi: proximorum poſtea
Pulſi duello, varia quæſitum loca
Se protulere. Caſſius inde mons tumet:
Et Graja ab ipſo lingua Caſſiterum prius
Stannum vocavit. inde [7] eſt fani prominens,
Et quæ vetuſtum Græciæ nomen tenet,
Gerontis [8] arx eſt eminus: namque ex ea
Geryona quondam nuncupatum accepimus.
Hic ora late ſunt ſinus Tarteſſii;
Dictoque ab amne in hæc locorum puppibus
Via eſt diei, Gaddir hic eſt oppidum:
Nam Punicorum lingua conſeptum locum
Gaddir vocabat. ipſa Tarteſſus prius
Cognominata eſt. multa ac opulens civitas

1 Venti ſup. *malit Barth.* 2 *Vulg.* Favoni. 3 *Vulg.* penetrat. abſt. c. *dein* Aditumque cæcum. 4 *Vulg.* Anhyberus. 5 *Aliis* perlabitur. 6 *Vulg.* influxe. 7 *Ita v.* 304. 8 *Si* Geryonis *legamus, verſus aliquot excidiſſe ſuſpicor.*

Ævo vetuſto, nunc egena, nunc brevis,
Nunc deſtituta, nunc ruinarum [1] agger eſt.
Nos hoc locorum, præter Herculaneam
Solemnitatem, vidimus miri nihil.
At vis in illis tanta, vel tantum decus
Ætate priſca ſub fide [2] rerum fuit,
Rex ut ſuperbus, omniumque præpotens,
Quos gens habebat forte tum Mauruſia,
Octaviano principi acceptiſſimus,
Et litterarum ſemper in ſtudio Juba,
Interfluoque ſeparatus æquore,
Inluſtriorem ſemet urbis iſtius
Duumviratu crederet. ſed inſulam
Tarteſſus amnis, [3] ex Liguſtico lacu
Per aperta fuſus undique [4] ablapſu ligat.
Neque iſte tractu ſimplici provolvitur;
Unuſve ſulcat ſubjacentem ceſpitem:
Tria ora quippe parte Eoi luminis
Infert in agros; ore bis gemino quoque
Meridiana civitatis adluit.
At mons paludem incumbit [5] Argentarius,
Sic à vetuſtis dictus ex ſpecie ſui:
Stanno iſte namque latera plurimo nitet,
Magiſque in auras eminus lucem evomit,
Cum [6] ſolis ignis celſa perculerit juga.
Idem amnis [7] autem fluctibus ſtanni gravis
Ramenta volvit, invehitque mœnibus
Dives metallum. qua dehinc ab æquore
Salſi fluenti vaſta per medium ſoli
Regio [8] recedit, gens Etmaneum accolit.
Atque inde rurſus uſque Cempſorum ſata
Ileates [9] agro ſe feraci porrigunt:
Maritima vero [10] Cilbiceni poſſident.
Gerontis arcem & prominens fani, ut ſupra
Sumus elocuti, diſtinet medium ſalum;
Interque celſa cautium cedit ſinus.
Jugum ad ſecundum flumen amplum [11] evolvitur
Tarteſſiorum mons dehinc attollitur
Silvis opacus. hinc Erythia eſt inſula
Diffuſa glebam, & juris olim Punici:

1 *Vulg.* ager. 2 *Forſan* Regum. 3 *Al.* Liguſtino, *&* Libuſtico. *Salmaſius legit,* qui exſilit vaſto lacu. 4 *Al.* adlapſu. 5 *Vide Strab.* p. 148. *Edit. Pariſ.* 6 *Vulg.* Sol ab igni. 7 *Vulg.* aut fluctibus *Pithœus malit* auri: *Barthius,* auctus. 8 *Vulg.* redit. 9 *An* Iſcates? 10 *Vulg.* Cibiceni. 11 *Vulg.* evolvit.

Habuere

H[a]buere primo quippe eam Carthaginis
Priſcæ [1] coloni: interfluoque ſcinditur
Ad continentem quinque per ſtadia modo
Erythia ab arce. qua diei [2] occaſus eſt
Veneri marinæ conſecrata eſt inſula,
Templumque in illa Veneris & penetral cavum,
Oraculumque. [3] monte ab illo, quem tibi.
Horrere ſilvis dixeram, in Veneris [4] jugum
Littus recline & molle arenarum jacet,
In quas Biſilus atque Cilbus flumina
Vergent [5] fluentum. poſt in occiduum diem
Sacrum ſuperbas erigit cautes jugum.
Locum hunc vocavit Herma quondam Græcia.
Eſt Herma porro ceſpitum munitio
Interfluum [6] quæ altrinſecus munit locum.
Aliique rurſus Herculis dicunt viam.
Straviſſe quippe maria fertur Hercules
Iter ut pateret facile captivo gregi.
Porro illud Herma jure ſub Libyci ſoli
Fuiſſe pridem, plurimi auctores ferunt.
Nec reſpuendus teſtis eſt Dionyſius,
Libyæ eſſe finem qui docet Tarteſſium.
Europæ in agro, quod vocari ab incolis
Sacrum indicavi, prominens ſubducitur
Locus. utroſque interfluit tenue fretum,
Quod Herma porro [7] & Herculis dictum eſt via.
Amphipolis urbis incola [8] Ecdemon ait,
Non plus habere longitudinis modo,
Quam porriguntur centum & octo millia,
Et diſtineri millibus [9] [terras] tribus.
Hic Herculanæ ſtant columnæ, quas modum
Utriuſque haberi continentis legimus.
Sunt [10] parva porro ſaxa prominentia
Abila atque Calpe. Calpe in Hiſpano ſolo,
Mauruſiorum eſt Abila. namque [11] Abilam vocant
Gens Punicorum, mons quod altus barbaro eſt,
Id eſt Latino; dici ut auctor Plautus eſt.

1 *Ita diſtinxi. antea* coloni, interfl. ſcinditur" "Ad cont. qu. p. ſt. modo." "Erythia ab arce, qua d. &c. 2 *Vulg.* occaſus, *abſque vocula* eſt. 3 *Ita diſtinxi. antea* Oraculumque monte &c. 4 *Illud* jugum *ex conjectura repoſui.* 5 *Forſan* urgent, *aut* mergunt. 6 *Ita Bochart. in Geograph. ſacr. parte 2da.* lib. 1. c. 34. *antea* Interfluumque, *dein* locus. 7 *Vulg.* aut. 8 *Ita ex conjectura Pithœi. Vulg.* hoc dæmon. 9 *Vocem hanc uncis incluſam, ut verſus ſenſuſque conſtarent, ſupplevi.* 10 Pervia *Ulitius.* 11 *Vulg.* Abila.

Calpeque rurſum in Græcia [1] ſpecies cavi
Teretiſque viſu nuncupatur urcei.
Athenienſis dicit Euctemon item
Non eſſe ſaxa, aut vertices adſurgere
Parte ex utraque. ceſpitem Libyci ſoli
Europæ & oram memorat inſulas duas
Interjacere [2]. nuncupari has Herculis
Ait columnas; ſtadia triginta refert
Has [3] diſtineri; horrere ſylvis undique,
Inhoſpitaſque ſemper eſſe nauticis.
Ineſſe quippe dicit ollis Herculis
Et templa & aras: invehi advenas rates,
Deo litare, abire feſtino pede:
Nefas putatum demorari in inſulis.
Circum atque juxta plurimo [4] tractu jacens
Manere tradit tenue prolixe mare.
Navigia onuſta adire non valent locos
Breve ob fluentum, & pingue littori lutum.
Sed ſi voluntas forte quem ſubegerit
Adire fanum, [5] properet ad Lunæ inſulam
Agere carinam, eximere claſſi pondera,
Levique cymba vix ſuperferri ſalo.
Sed ad columnas quidquid interfunditur
Undæ æſtuantis, ſtadia ſeptem vix ait
Damaſtes [6] eſſe. Caryandæus Scylax
Medium fluentum inter columnas adſerit
Tantum patere, quantus æſtus Boſphoro eſt.
Ultra has columnas propter Europæ latus
Vicos & urbes incolæ Carthaginis
Tenuere quondam: mos at oliis hîc erat
Ut planiore texerent fundo rates,
Quo cymba tergum fuſior brevius mare
Prælaberetur. porro in occiduam plagam
Ab his columnis gurgitem eſſe interminum,
Late patere pelagus, extendi ſalum,
Himilco tradit. nullus hæc adiit freta,
Nullus carinas æquor illud intulit,
Deſint quod alto flabra propellentia,
Nulluſque puppim ſpiritus cœli juvet.

1 *Ita Salmaſ. & Bochart. Vulg.* ſpecies cavæ" "Tereteſque viſu nuncupatur, & jugi. *Ulitius malit*, ſpecus cavi" "Tereſque viſu nuncupatur os jugi. *Forſan* nuncupatur. & jugi" "Athen. &c. *Vide Voſſium ad Melam*, p. 195. 2 *Ita Lud. Nonius in Hiſpania ſua*, p. 42. *Vulg.* Iter acervi. 3 *Vulg.* diſtinere. 4 *Verba illa* tractu jacens *ex conjectura.* 5 *Vulg.* propter ad &c. 6 *Vulg.* Damaſtus.

Dehinc

Dehinc quod æthram [1] quodam amictu veſtiat
Caligo, ſemper nebula condat gurgitem,
Et craſſiorem nubilo præſtet diem.
Oceanus iſte eſt, orbis effuſi procul
Circumlatrator [2], iſte pontus maximus.
Hic gurges oras ambiens, hic intimi
Salis irrigator, hic parens noſtri maris.
Pleroſque quippe extrinſecus turbat ſinus,
Noſtrumque in orbem vis profundi inlabitur.
Sed nos loquemur maximos tibi quattuor.
Prima hujus ergo in ceſpitem inſinuatio eſt
Heſperius æſtus atque Atlanticum ſalum;
Hyrcana rurſus unda, Caſpium mare;
Solo Indicorum terga [3] fluctus Perſici;
Arabſque gurges ſub tepente jam noto.
Hunc uſus olim dixit Oceanum vetus,
Alterque dixit mos Atlanticum mare.
Longo explicatur gurges hujus ambitu,
Producіturque latere prolixe vago.
Plerumque porro tenue tenditur ſalum,
Ut vix arenas ſubjacentes occulat.
Exſuperat autem gurgitem [4] fucus frequens,
Atque impeditur æſtus hîc uligine,
Vis [5] vel ferarum pelagus omne internatat,
Multuſque terror ex feris habitat freta.
Hæc olim Himilco Pœnus Oceano ſuper
Spectaſſe ſe-met & probaſſe rettulit:
Hæc nos, ab imis Punicorum annalibus
Prolata longo tempore, edidimus tibi.
Nunc jam recurſus ad priora ſit ſtylo.
Igitur columnæ, ut dixeram, Libyſtidis
Europæ in agro adverſa ſurgit altera.
Hic Chryſus amnis intrat altum gurgitem:
Ultra citraque quattuor gentes colunt.
Nam ſunt feroces hoc loci Libyphœnices;
Sunt Maſſieni; regna [6] Cilbicena; ſunt
Feracis agri & divitis Tarteſſii,
Qui porriguntur in Calacticum ſinum.
Hos propter autem mox jugum Barbetium eſt,
Malachæque [7] flumen, urbe cum cognomine,
Mænace priore quæ vocata eſt ſæculo.

1 *Ita Pithœus. Vulg.* quod am. *dein* ſeper, *& proximo verſu* nubilum perſtat dic. 2 *Vulg.* Circumlatratur. 3 *Vulg.* fluctum. 4 *Vulg.* fuſus. 5 *Vulg.* vel varium. *Barthius malit*, belluarum. 6 *Vulg.* Selbyſſina ſunt. 7 *Al.* Malaceque flumen.

Tarteſſiorum juris illic inſula
Antiſtat urbem, Noctilucæ ab incolis
Sacrata pridem: in inſula ſtagnum quoque
Tutuſque [1] portus. oppidum Mænace ſuper.
Qua ſeſe ab undis regio dicta ſubtrahit,
Siſurus alto mons tumet cacumine.
Adſurgit inde vaſta cautes, & mare
Intrat profundum. pinus hanc quondam frequens
Ex ſe vocari ſub ſono Grajo dedit.
Fanumque aduſque Veneris ac Veneris jugum
Littus recumbit. porro in iſto littore
Stetere crebræ civitates antea,
Phœnixque multos habuit hos pridem locos.
Inhoſpitales nunc arenas porrigit
Deſerta tellus, orba cultorum ſola
Squalent jacentque. Veneris [2] abdito jugo
Spectatur Herma ceſpitis Libyci procul,
Quod ante dixi; littus hic rurſum patet,
Vacuum incolarum nunc, & abjecti ſoli.
Porro ante & urbes hic ſtetere plurimæ,
Populique multi concelebrarunt locos.
Nam [3] natius inde portus * op. * pe. *
Se Maſſienum curvat alto ab æquore,
Sinuque in imo ſurgit altis [4] mœnibus
Urbs Maſſiena: poſt jugum Traëte eminet,
Breviſque juxta Strongyle ſtat inſula.
Dehinc in hujus inſulæ confiniis
Immenſa tergum [5] latera diffundit palus.
Theodorus illic (nec ſtupori ſit tibi,
Quod in feroci barbaroque [6] ſat loco
Cognomen hujus Græciæ accipis ſono)
Prorepit amnis. iſta Phœnices prius
Loca incolebant. rurſus hinc ſe littoris
Fundunt arenæ, & littus hoc tres inſulæ
Cinxere late. hic terminus quondam ſtetit
Tarteſſiorum, hic Herna civitas fuit:
Gymnetes iſtos gens locos inſederant;
Nunc deſtitutus, & diu incolis carens,
Sibi ſonorus Alebus amnis effluit.
Poſt hæc per undas inſula eſt Gymneſia,

1 *Ita Voſſ. ad Melam.* p. 194. *Vulg.* Totuſque portus oppidum, Minace ſuper. 2 *An* edito *vel* ab dicto? 3 Nam natus *in Edit. Madrit. verum in hiſce verbis nomen portûs latere ſuſpicor; & deinde legendum eſſe* oppidum perit. 4 *Ita diſtinguo. Prius erat* menibus" "Urbs Maſſiena poſt &c. 5 *Antea* latera diffundit palus" "Theodorus illic, nec &c. 6 *Vulg.* ſtat.

Populo

Populo incolarum quæ vetus nomen dedit,
Aduſque cani præfluentis alveum.
Pityuſæ & inde proferunt ſeſe inſulæ,
Balearium [1] ac latè inſularum dorſa ſunt.
E contra [2] Iberi in uſque Pyrenæ jugum
Jus protulere, propter interius mare
Late locati. prima eorum civitas
Idera [3] ſurgit. littus extendit dehinc
Steriles arenas. [4] Hemeroſcopium quoque
Habitata pridem hic civitas. nunc jam ſolum
Vacuum incolarum languido ſtagno madet.
Attollit inde ſe [5] Sicana civitas,
Propinquo ab amni ſic vocata Ibericis.
Neque longe ab hujus fluminis divortio
Præſtringit amnis [6] Tyrius oppidum Tyrin.
At qua recedit ab ſalo tellus procul,
Dumoſa late terga regio porrigit.
Bebryces [7] illic, gens agreſtis & ferox,
Pecorum frequentes intererrabat greges.
Hi lacte ſemet atque pingui caſeo
Prædure alentes proferebant ſpiritum
Vicem ad ferarum. poſt Crapraſiæ jugum
Procedit alte, ac nuda littorum jacent
Ad uſque caſſæ Cherſoneſi terminos.
Palus per illa Naccararum extenditur:
Hoc nomen iſti nam paludi mos dedit.
Stagnique medio parva ſurgit inſula
Ferax olivi, & hinc Minervæ [8] ſat ſacra.
Fuere propter civitates plurimæ:
Quippe hic Hylactes, Hyſtra, Sarna, & nobiles
Tyrichæ [9] ſtetere. nomen oppido vetus,
Graji [10] incolarum maxime memorabiles
Per orbis oras. namque præter ceſpitis
Fœcunditatem, qua pecus, qua palmitem,
Qua dona flavæ Cereris educat ſolum,
Peregrina Ibero ſubvehuntur flumine:
Juxta ſuperbum mons [11] Sacer caput exſerit,
Oleumque flumen proxuma agrorum ſecans
Geminos jugorum vertices interfluit.
Mox quippe Sellus (nomen hoc monti eſt vetus)

1 *Vulg.* Balearicarum. 2 *Ita Voſſ. prius*, Et contra &c. 3 *Ita Voſſ. ad Melam*, p. 189. *Vulg.* Ilerda. 4 *Vide Lud. Nonii Hiſpan.* p. 211. 5 *Ita Voſſ. antea* Sitana. 6 *Vide Voſſ. ad Melam*, p. 190. 7 *Vulg.* Beribraces. 8 *Al.* ſtat. 9 *Forſan ſic* Tyrichæ. dedere nomen &c. *ni malis* Tarichæ. ded. &c. 10 *Vulg.* Grajæ. 11 *Vulg.* Acer.

Aduſque

Aduſque celſa nubium ſubducitur.
Adſtabat iſtum civitas Lebedontia
Priore ſæclo, nunc ager vacuus lare
Luſtra & ferarum ſuſtinet cubilia.
Poſt hæc arenæ plurimo tractu jacent,
Per quas 1 Salauris oppidum quondam ſtetit,
In queis & olim priſca 2 Callipolis fuit,
Callipolis ill * * * * * * 3 mœnium
Proceritatem & celſa per veſtigia
Subibat auras, quæ laris vaſti ambitu
Latere ex utroque piſcium ſemper ferax
Stagnum 4 premebat. inde Tarraco oppidum
Et Barcilonum amœna ſedes ditium.
Nam pandit illic tuta portus brachia,
Uvetque ſemper dulcibus tellus aquis.
Poſt Indigetes aſperi ſe proferunt.
Gens iſta dura, gens ferox venatibus
Luſtriſque inhærens. tum jugum Celebandicum
In uſque ſalſam dorſa porrigit Thetim.
Hic adſtitiſſe civitatem Cypſelam,
Jam fama tantum eſt: nulla jam veſtigia
Prioris urbis aſperum ſervat ſolum.
Dehiſcit illic maximo portus ſinu,
Cavumque late ceſpitem inrepit ſalum,
Poſt quæ recumbit littus Indigeticum
Pyrenæ aduſque prominentis verticem.
Poſt littus illud, quod jacere diximus
Tractu ſupino, ſe Malodes exſerit
Mons, 5 inter undas * * tument ſco *
Geminuſque ver *
Hos inter 6 autem portus effuſe jacet,
Nulliſque flabris æquor eſt obnoxium.
Sic omne late, prælocatis rupibus,
Latus ambiere cautium cacumina,
Interque ſaxa immobilis gurges latet,
Quieſcit æquor, pelagus incluſum ſtupet.
Stagnum inde 7 Tonon montium in radicibus,
Tononiæque attollitur rupis jugum,
Per quæ ſonorus volvit æquor ſpumeum
Anyſtus amnis, & ſalum fluctu ſecat:
Hæc propter undas atque ſalſa ſunt freta.

1 *Ita ne claudicet verſus. antea*, Salauri. 2 *Forſan eadem urbs, quæ aliis* Agathopolis. 3 *Vulg.* Menium. 4 *Vulg.* imprimebat. 5 *Ita diſtinxi. antea* Mons inter &c. 6 *Ita Pithæus. Vulg.* aut portus &c. 7 *Vulg.* Toni *&* mox Tononitæ attol.

At

At quidquid agri cedit alto à gurgite,
Cerretes omne, & [1] Acroceretes prius
Habuere duri: nunc pari ſub nomine
Gens eſt Iberûm. [2] Sordus inde denique
Populus agebat inter avios locos
Ac pertinentes uſque ad interius mare,
Qua [3] pinifertæ ſtant Pyrenæ vertices
Inter ferarum lüſtra [4] decubantium,
Et arva late & gurgitem ponti premit.
In Sordiceni ceſpitis confinio
Quondam [5] Pyrenæ civitas ditis laris
Stetiſſe fertur: hicque Maſſiliæ incolæ
Negotiorum ſæpe verſabant vices.
Sed in Pyrenen ab columnis Herculis
Atlanticoque gurgite & confinio
Zephyritis [6] oræ curſus eſt celeri rati
Septem dierum. poſt Pyrenæum jugum
Jacent arenæ littoris Cynetici,
Eaſque late ſulcat amnis Roſchinus.
Hoc Sordicenæ, ut diximus, glebæ ſolum eſt.
Stagnum hic paluſque: quippe diffuſe patet,
Et incolæ iſtam [7] Sordicen cognominant;
Præterque vaſti gurgitis crepulas aquas,
(Nam propter amplum marginis laxæ ambitum,
Ventis tumeſcit ſæpe percellentibus)
Stagno hoc ab ipſo Sordus amnis effluit
Ru * effluentis [8] oſtiis
* * * *
Sinuatur alto, & propria per diſpendia
Ceſpes cavatur, [9] ſerpit unda largior,
Moleſque multa gurgitis diſtenditur.
Treis namque in illo maximæ ſtant inſulæ,
Saxiſque duris pelagus interfunditur.
Nec longe ab iſto ceſpitis rupti ſinus
Alter dehiſcit, inſulaſque quattuor
(At priſcus uſus dixit has [10] omnis triplas)
Ambit profundo. gens [11] Eleſycum prius
Loca hæc tenebat, atque [12] Narbo civitas
Erat ferocis maximum regni caput.
Hic ſalſum in æquor amnis [13] Attagus ruit:

1 *Vulg*. Aucocæretes 2 *Vulg*. Cordus. 3 *Ita Voſſ. Vulg*. piniferæ. Pinifœtæ *malit Barthius*. 4 *Antea* duceba. * * 5 *Vulg*. Pyrenæ latera civ. *ſed vocem* latera, *jubente Pithœo, delevimus*. 6 *Ita Barthius. Vulg*. Zephyris. 7 *Vulg*. Fordicen. 8 *Vulg*. hoſtiis. 9 *Vulg*. eripit. 10 *Vulg*. omnis Piplas. 11 *An* Tholoſatum? 12 *Vulg*. Naro. 13 Ἀτὰξ *Straboni*, Ἄταγος *Ptolemæo*. 14 *Prius* juſta.

Heliceque

Heliceque rurſus hic palus [14] juxta. dehinc
Beſarum ſtetiſſe fama caſſa tradidit.
At [1] nuncce Ledus, nunc & [2] Orobis flumina
Vacuos per agros & ruinarum aggeres
Amœnitatis indices priſcæ meant.
Nec longe ab iſtis Thyrius alto evolvitur
* Cinorus agmen *
Num qua excitent [3] ſe fluctuum volumina
Sternatque ſemper gurgitem Alcyonæ quies.
Vertex [4] at hujus cautis è regione ſe
Illi eminenti porrigit, quod candidum
Dixi vocari. Blaſco propter inſula eſt,
Teretique forma ceſpes editur ſalo.
In continenti & inter adſurgentium
Capita jugorum, rurſum arenoſi ſoli
Terga explicantur; ſeque *fundunt littora*
Orba incolarum. [5] *Setius inde mons tumet*
Procerus arcem, & *pinifer Setii jugum*
Radice *fuſa* inuſque [6] Taphrum *pertinet*:
Taphron paludem namque gentici vocant
Rhodani [7] propinquam flumini. hujus alveo
Ibera tellus atque [8] Ligures aſperi
Interſecantur. hic ſat anguſti laris
Tenuiſque cenſu civitas Polygium eſt.
Tum Manſa vicus, oppidumque Nauſtalo,
Et urbs   hæſice gen ſale
*   *   *   *
Ejuſque in æquor Claſſius amnis influit.
At Cimenice regio deſcendit procul
Salſo ab fluento, fuſa multo ceſpite,
Et [9] aprica ſylvis. nominis porro auctor eſt
Mons dorſa celſus: cujus imos aggeres
Stringit fluento Rhodanus, atque ſcrupeam
Molem imminentis intererrat æquore.
Ligures ad undam ſemet Interni maris,
Setyena [10] ab arce & rupe ſaxoſi jugi,
Procul extulere. ſed quaſi expoſcit locus
Rhodani ut fluentum plenius tibi diſſeram.
Stili immorantis patere tractatum, Probe:

1 *Ita Voſſius ad Melam*, p. 179. *antea* At nunc Heledus. 2 *Vulg*. Orobus. *vide Valeſii Notitiam Galliæ*, p. 389. 3 *Illud ſe ex conjectura*. 4 *Vulg*. Vertex ad. 5 *Vulg*. Setyus, *& mox* Fecyi. 6 *Ita Voſſ. Vulgo* Taurum *& hic & infra*. 7 *Ita Voſſ. in Edit.Pariſ.* Orani, *in altera* Oram. *Valeſius legit*, Ori propinquam fluminis; *& intelligit de ore Ledi fluminis*. 8 *Vulg*. Ligyes. 9 *Vulg*. à priſca. 10 *Vulg*. Secyena.

Quippe

Quippe amnis ortum, gurgitis lapſum vagi,
Quas iſte genteis lambat unda fluminis,
Quantoque manet incolis compendio,
Et oſtiorum ſabimur divortia.
Nivoſum in auras erigunt Alpes jugum
A ſolis ortu, & arva Gallici [1] ſoli
Interſecantur ſcrupeo faſtigio,
Et anhela ſemper flabra tempeſtatibus.
Effuſus ille, & ore ſemet exigens
Hiantis antri vi truci ſulcat ſola,
Aquarum in ortu & fonte primo naviger;
Ad rupis illud erigentis ſe latus
Quod [2] de editamine gentici cognominant
Solis columnas; tanto enim faſtigio
Inuſque celſa nubium ſubducitur
Meridianus ſol, ut oppoſitu jugi
Conſpicuus haud ſit, cum relaturus diem
Septentrionum acer ferit confinia.
Scis nam fuiſſe ejuſmodi ſententiam
Epicureorum; non [3] eum occaſu premi,
Nullos ſubire gurgites, nunquam occuli,
Sed obire mundum, obliqua cœli currere,
Animare terras, alere lucis pabulo
Convexa cuncta, & invicem regionibus
Cerni, [4] & negari candidam Phœbi facem
Reſiduis * * * *
Meridianam cum ſecuerit orbitam,
Cum lumen axi Atlantico inclinaverit,
Ut in ſupremos ignem Hyperboreos agat,
Ac [5] Hæmoniaco qua ſemet ortui ferat,
Diſcreta in æthræ flectitur curvo ambitu,
Metamque tranſit; cumque noſtro obtutui
Jubar negarit, tetra nox cœlo ruit,
Cæcæque noſtra protinus tenebræ tegunt:
Dies at illos clara tunc inluminat
Septentrione qui ſuperpoſito rigent:
Cum rurſus umbra noctis arctôos habet,
Genus omne noſtrum ſplendidum ducit diem.
Meat amnis [6] autem fonte per Tylangios,
Per Daliternos, per Chabilcorum ſata,
Temenicum & agrum, (dura ſat vocabula,

1 *Vulg.* Sali. 2 *Ita Barthius, aut* de altitudine. *Vulg.* Deditamne. 3 *Vocem* eum *inſeruit Pithaus.* 4 *Vulg.* Cer. negari. dein. Reſi * 5 *Nec conſtat ſenſus, nec verſus.* 6 *Ita Pithaus. Prius* aut fonte &c.

Auremque primam cuncta vulnerantia:
Sed non ſilenda tibimet ob ſtudium tuum
Noſtramque curam.) panditur porro in decem
Paſſus [1] recurſu gurgitum ſtagnum grave,
Plerique tradunt: inſerit ſemet dehinc
Vaſtam in paludem, quam vetus mos Græciæ
Vocitavit Accion, quæ præcipites aquas
Stagni per æquor egerit: rurſum effluus
Arctanſque [2] ſeſe fluminum ad formam, dehinc
Atlanticos in gurgites, noſtrum in mare
Et occidentem [*] contuens, evolvitur,
Patulaſque arenas [3] quinque ſulcat oſtiis.
Arelatus [4] illic civitas attollitur,
Theline vocata ſub priore ſæculo,
Grajo incolente. Multa nos Rhodano ſuper
Narrare longo res ſubegerunt ſtilo.
At nunquam in illud animus inclinabitur,
Europam ut iſto flumine & Libyam adſeram
Diſterminari: [5] Phileus hoc quanquam vetus
Putaſſe dicat incolas. [6] deſpectui
Deriſuique inſcitia hæc ſit Barbara,
Et compete * *
Curſus carinæ biduo & binoctio eſt:
Gens hic [7] Veragri, Bergineque civitas,
Salyes atroces, oppidum [8] Maſtramelæ
Priſcum paludis, terga celſum prominens,
Quod incolentes [9] Cithariſtium vocant:
Maſſilia & ipſa eſt; cujus urbis hic ſitus:
Pro [10] fronte littus præjacet; tenuis via
Patet inter undas; latera gurges adluit,
Stagnum ambit urbem, & unda lambit oppidum
Laremque fuſa: civitas pene inſula eſt.
Sic æquor omne ceſpiti infudit manus,
Labos & olim conditorum diligens
Formam locorum & arva naturalia
Evicit arte; ſi quæ priſca te juvant
Hæc in novella nominum deducere.

* * * * * * * * *

1 *Vulg.* Vexis. 2 *Vulg.* Arctans qua ſeſe. *dein* ac forma. * *An* confluens? 3 *Diod. Sic. & Timaum in errore ſequitur Avienus, ut oſtendit Valeſius in Notitia Galliæ,* p. 476. 4 *Ita & Auſonio.* 5 *Vulg.* Phileas. 6 *Vide Voſſium, ad Melam,* p. 176. 7 *Ita Voſſ.* p. 175. *Prius* Nearchi. 8 *Ita Voſſ. Antea* priſcum Ramas. *dein* Trabalæ paludes. 9 *Ita Voſſ. Vulg.* Cecyliſtrium. 10 *Vulg.* Pro fonte. 11 *Vulg.* lambit.

FINIS.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ

ΠΑΡΑΦΡΑΣΙΣ

ΕΙΣ ΤΗΝ

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ

ΠΕΡΙΗΓΗΣΙΝ.

ΠΑΡΑΦΡΑΣΙΣ

ΕΙΣ ΤΗΝ

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΠΕΡΙΗΓΗΣΙΝ.

V. 1. ΤΑ παρὰ τὴν γῆν καὶ τὸν μέγαν πόντον ᾄδειν ἀρχόμενος, καὶ τοὺς ποταμοὺς, καὶ πόλεις, καὶ τῶν ἀνδρῶν τὰ διὰ πλῆθος κρίνεσθαι (ἤτουν χωρίζεσθαι) μὴ δυνάμενα ἔθνη, πρῶτον τοῦ βαθυρρόου ὠκεανοῦ (1 πόντου) μνείαν ποιήσομαι· καὶ γὰρ ἐκείνῳ, (τῷ ὠκεανῷ δηλονότι) ἅπασα 2 ἡ ἄπειρος γῆ ὡς νῆσος περιέχεται. οὐ πᾶσα μὲν διόλου ὑπάρχει κυκλοτερής· ἀλλ᾽ ἀμφοτέρωθεν (ὅ ἐστι δι᾽ ἑκατέρου μέρους) πλατύτερον περιβαίνουσα καὶ περιερχομένη εἰς τὰς τοῦ ἡλίου ὁδοὺς, (ἤτοι πρὸς ἀνατολὰς καὶ δύσιν) 3 ὁμοία καὶ παραπλησία τῇ σφενδόνῃ, μίαν δὲ αὐτὴν καίπερ οὖσαν ἐν τρισσαῖς ἠπείροις (ἀντὶ τοῦ εἰς τρία μέρη) οἱ ἄνθρωποι διεμέρισαν καὶ ἐδάσαντο· πρώτην μὲν τὴν Λιβύην, (προέταξε δὲ ταύτην, διότι καὶ Λίβυς ἦν) μετὰ δὲ ταύτην, τὴν Εὐρώπην καὶ Ἀσίαν.

V. 10. Ἀλλὰ ἡ μὲν Λιβύη ἄποθεν ἔχει τῆς Εὐρώπης τὸν ὅρον, (τουτέστι τὸν χωρισμὸν) τάτε Γάδειρα καὶ τὸ στόμα τοῦ Νείλου, λοξὸν ἐν ταῖς γραμμαῖς, (ὅ ἐστι ταῖς διατυπώσεσιν) ὡς κολποῦσθαι καὶ κυρτοειδῆ φαίνεσθαι· ὅπου βορειότατον ὑπάρχει (τὸ ἔσχατον) μέρος τῆς Αἰγύπτου, καὶ τὸ περίπυστον τέμενος (ὅ ἐστι τὸ ἐξάκουστον χωρίον) τοῦ Λακωνικοῦ Κανώβου. ὁ δὲ Κάνωβος οὗτος κυβερνήτης ἦν Μενελάου· μετὰ γὰρ τὴν ἅλωσιν Τροίας, Μενελάου πρὸς τὰ τῆς Αἰγύπτου μέρη πλανηθέντος, καὶ τοῦ κυβερνήτου αὐτοῦ πληγέντος, διαδέχεται τὴν ναῦν Κάνωβος. ὅστις ναυπηγῶν σκάφη, διατρίψας ἐκεῖσε, ὑπ᾽ ὄφεως δηχθεὶς ἀπέθανεν· ὃν θάψας Μενέλαος πόλιν εἰς ὄνομα αὐτοῦ ἱδρύσατο, ἐάσας τὸ ἀχρειότατον τοῦ στρατοῦ μέρος αὐτοῦ κατοικεῖν. Λιβύη δὲ ἐκλήθη διὰ τὸ κατάξηρον, οἱονεὶ οὖσα καὶ 4 λιφύη.

V. 14. Τὴν δὲ Εὐρώπην καὶ Ἀσίαν ὁ Τάναϊς ποταμὸς μέσον διαχωρίζει (ὅστις δὴ συστρεφόμενος, Τάναϊς δὲ τετραμμένος ῥέει, ἐπὶ τῶν Σαυροματῶν τὴν γῆν, σύρεται δὲ πρὸς 5 Σκυθίαν καὶ ἐπὶ τὴν Μαιώτιδος λίμνην) πρὸς βορρᾶν, ὡς μέχρι τοῦ Ἑλλησπόντου τὰ βόρεια καὶ τὰ νότια· τὸ δὲ νότιον μέρος Ἑλλησποντός ἐστι. σῆμα δὲ (ὅ ἐστι διαχώρισμα) ὑπερτετάνυσται νοτιώτερον, Ἡρακλεωτικὸν στόμιον.

V. 19. Ἄλλοι δὲ πάλιν ταῖς ἠπείροις τὴν γῆν οὕτω διαχωρίζουσιν. Εὐρώπη δὲ ἐκλήθη διὰ τὸ εὖρος, ἤτοι πλάτος· Ἀσία δὲ διὰ τὴν ὑγρασίαν· ἄσις γὰρ λέγεται ἡ ὑγρασία. Ἡράκλειον δὲ στόμα ἐκλήθη, ὅτε ἐπανῆκεν φέρων τὰ χρύσεα μῆλα Ἡρακλῆς, πεζὸς διέβη τὴν Λιβύην, ὅπως τε αὐτὴν καὶ τὴν Ἀσίαν θεάσηται· εἰς Ἄμμωνος δὲ 6 ναὸν ἧκε καὶ ἐκεῖ μεγαλοπρεπῶς ἔθυσε τῷ Δαίμονι, κἀκεῖθεν διέβη εἰς Αἴγυπτον.

V 20. Ἰσθμὸς τις ἄνω 7 τέταται, (ἀντὶ τοῦ ἐκτέταται,) ὑπέρτατος τῆς Ἀσίδος γῆς, ἀναμεταξὺ τοῦ Εὐξείνου πελάγους καὶ τῆς Κασπίας θαλάσσης· ἰσθμὸς δὲ λέγεται ἡ στενὴ γῆ μεταξὺ δύο θαλασσῶν.

1 *In MS.* ποταμοῦ 2 *Ita in MS. antea editum* ἡ ἤπειρος. 3 *In MS.* ὁμοίως καὶ τὰ παραπλήσια σφενδόνῃ· *& in margine* ὁμοιομέτρη. 4 *In MS.* λιβύη 5 *In MS.* Κύθην. 6 *In MS.* νηὸν. 7 *In MS.* τετάνυσται.

ἐκεῖνον δὲ τὸν ἰσθμὸν τῆς Ἀσίας καὶ τῆς Εὐρώπης ὅρον εἶπεν. ἄλλος δὲ πάλιν ἰσθμὸς μακρὸς καὶ μέγας ἐπὶ τὸν νότον σύρεται, ἐπὶ τοῦ Ἀραβικοῦ κόλπου, καὶ μεταξὺ τῆς Αἰγύπτου· ὅστις δὴ ἀπὸ τῆς Ἀσιήτιδος γῆς τὴν Λιβύην χωρίζει.

V. 26. Τοιαῦτα μὲν περὶ τῶν ὅρων τῆς γῆς οἱ ἄνθρωποι διελέξαντο. πανταχοῦ δὲ τοῦ ἀκαμάτου (ὅ ἐστι τοῦ πολλοῦ) ὠκεανοῦ ὁ ῥοῦς φέρεται· εἷς μὲν ὑπάρχων, πολλαῖς δὲ ἐπωνυμίαις ἡρμοσμένος. ὁ οὖν Εὔξεινος πρότερον Ἄξεινος ἐκαλεῖτο, διὰ τὸ ὑπὸ λῃστῶν οἰκεῖσθαι, καὶ μηδενὸς ἐκεῖθεν παραβάλλοντος τῶν ξένων. Εὔξεινος νῦν ἐκλήθη κατὰ ἀντίφρασιν· ἤ, ὥς τινές φασιν, Ἡρακλῆς ἐκβαλὼν ἐκεῖθεν τοὺς λῃστὰς, φιλοξένους τινὰς κατῴκισεν.

V. 29. Καὶ οὗτος μὲν, ὁ ὠκεανὸς, παρὰ τὴν ἐσχατιὰν τοῦ Λοκροῖο ζεφύρου, (ἤτοι τοῦ δυτικοῦ, ἢ μᾶλλον τοῦ Ἰταλικοῦ, καὶ γάρ εἰσιν ἐν Ἰταλίᾳ Ἐπιζεφύριοι Λοκροί) Ἄτλας καλεῖται ἑσπέριος· ὕπερθεν δὲ πρὸς βορρᾶν, ὅπου οἱ παῖδες τῶν πολεμιστῶν Ἀριμασπῶν, (οἵπερ εἰσὶν ἔθνος) Κρόνιον καὶ πεπηγότα πόντον, ὅπερ κόλπον, καλοῦσιν· ἄλλοι δὲ τὸν πεπηγότα Κρόνιον, διὰ τὸ ψυχρὸν τοῦ πόντου, ὡς πηγνυμένου αὐτοῦ, καὶ νεκρὸν εἶπον, διὰ τὸ ἀσθενὲς τοῦ ἡλίου· βράδιον γὰρ (ἀντὶ τοῦ βραδὺ ἢ ὀλίγον) ὑπὲρ γαῖαν τῆς θαλάσσης ἐκείνης φαίνει, διότι πανταχοῦ ὑπὸ ταῖς κρυεραῖς νεφέλαις παχύνεται καὶ πυκνοῦται. εἰσὶ δὲ τὰ πελάγη ταῦτα, Λιγυστικὸν, Τυῤῥηνικὸν, Λιβυκὸν, Μυρτῷον, Αἰγύπτιον, Παμφύλιον, Ἰκάριον, Νεῖλον, Ἑλλήσποντος, Μέλας κόλπος, Εὔξεινος πόντος, Κασπία θάλασσα, Ἐρυθρά. γίνεται ιγʹ. ὅπου τὸ πρῶτον ἐν τῇ ἀνατολῇ ἀνατέλλῃ τοῖς ἀνθρώποις, τὸ πρὸς ἕω μέρος, ἧῷον καὶ Ἰνδικὸν τὸ κῦμα ἐκεῖνο τῆς θαλάσσης καλοῦσι, τουτέστι τὸ μέσον ἐκεῖνο τοῦ ὠκεανοῦ· χωρὶς δὲ τὸ πρὸς νότιον κλίμα, Ἐρυθραῖον, Αἰθιόπιον καλοῦσιν· ὅπου ὁ πολὺς γῆς ἀοικήτου ἐπιμήκης τόπος ἐκτετάνυσται ὑπὸ τοῦ μαλεροῦ (ἤγουν τοῦ θερμαντικοῦ) κεκαυμένος ἡλίου· καὶ γὰρ τὸ πρὸς νότιον μέρος Ἐρυθραῖον, καὶ διὰ τοῦτο τὸ ἔθνος ἐκεῖνο Αἰθιόπιον * ὡς παρακεῖσθαι μακρὸν, ἀγκῶνα γῆς ἀοικήτου. οὕτω (καθὼς εἴπομεν) περιτρέχει ὁ ὠκεανὸς πᾶσαν τὴν γῆν, τοιοῦτος ὑπάρχων, καὶ τοσαῦτα ἐπὶ τοῖς ἀνδράσιν ὀνόματα ἔχων.

V. 43. Κόλπους δὲ ἔνθα κἀκεῖθεν ἐκβάλλει, ἔσωθεν βάλλων εἰς τὴν θάλασσαν· μικροὺς μὲν πολλοὺς, [1] πίσυρας (ἀντὶ τοῦ τέσσαρας) δὲ μεγίστους. καὶ πρῶτον μὲν, ὅστις τὴν ἑσπερίαν θάλασσαν ποιεῖ, συρόμενος ἐκ τῆς Λιβύης ἕως τῆς Παμφυλίδος γῆς. δεύτερος δὲ [2] κατὰ ὀλίγον μὲν μικρότερον, (δηλονότι κόλπον) περιφερέστατον δὲ τῶν ἄλλων, (ὅ ἐστι μείζονα) ὅστις, ἀπὸ τῆς Κρονίης θαλάσσης ἐκ τοῦ βορρᾶ διασκορπιζόμενος, τῇ Κασπίᾳ τὸ δεινὸν αὐτοῦ ῥέεθρον ἐπιπέμπει τῇ θαλάσσῃ· ἥντινα περιέχουσιν τοῦ ὠκεανοῦ καὶ ἄλλοι Ὑρκανίαν εἶπον. τῶν δὲ ἄλλων, οἵτινές εἰσιν ἀπὸ τῆς νοτίας ἀμφότεροι θαλάσσης, εἷς μὲν ἀνώτερος ὑπάρχει, τὸ Περσικὸν κῦμα περιχέων, ἐξεναντίας τετραμμένος τῆς Κασπίας θαλάσσης· ἄλλος δὲ πάλιν Ἀραβικὸς ἐξογκοῦται καὶ αὔξεται πλησίον τοῦ Εὐξείνου πόντου νοτιώτερον τὸ ῥεῦμα συστρέφων. τοσοῦτοι μὲν τοῦ βαθυῤῥόου ὠκεανοῦ οἱ μείζονές εἰσι κόλποι, ἄλλοι δὲ πάλιν ἄπειροι καὶ πολλοὶ γεγένηνται.

V. 58. Ἀρτίως δὲ τῆς ἑσπερίας θαλάσσης τὸν πόρον λέξω, ἥτις ἐπὶ πάσας τὰς ἠπείρους (ὅ ἐστιν ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν) λοξοῖσι πελάγεσιν ἐπιστρέφεται· (τουτέστι διέρχεται·) ἄλλοτε μὲν ταῖς νήσοις οὖσα (δηλονότι ἡ ἑσπέριος θάλασσα) περίδρομος, (τουτέστιν κυκλοτερής) ἄλλοτε δὲ ἢ ὀρέων ἢ τὸ τῶν πόλεων κάτω μέρος ὑποξύουσα διέρχεται. ὑμεῖς δὲ, ὦ Μοῦσαι, τὰς σκολιὰς ὁδοὺς, οἱονεὶ τὰς δυσχερεῖς καὶ οὐ κατ' εὐθεῖαν ἰούσας, [3] προσείπατε, ἀρξάμεναι κατὰ τάξιν τοῦ δυτικοῦ ὠκεανοῦ·

1 *In MS.* τέτταρας. 2 *Ita in MS. antea editum,* δεύτερον δὲ ὀλίγον μὲν, μικρότερον δηλονότι κ. 3 *In MS.* προσείπατε.

ὅπου

ὅπου καὶ αἱ στῆλαι τοῦ Ἡρακλέους (ἤτοι [1] Ἀβέννα καὶ Ἀλύβη) παρὰ τοῖς πέρασι τοῖς καθ' ἡμᾶς θαλάσσης καὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ ὠκεανοῦ μέγα ἵστανται θαῦμα, ἐπὶ τὰ ἔσχατα μέρη τῶν Γαδείρων, ὑπὸ τὸν μακρὸν πρηῶνα (ὅ ἐστιν ὑπὸ ἐξοχὴν) τῶν ἐπὶ πολὺ διηκόντων (ἤτοι τῶν εἰς πολλὰ διεσπαρμένων) Ἀτλάντων. (ἢ τῶν Ἀτλάντων, ἢ τῶν ἐνοικούντων.) πρηὼν δέ ἐστιν ἡ προβολή, οἱονεὶ προϊών. ὁ δὲ Ἄτλας ὄρος ὢν περὶ τὴν Λιβύην καὶ κίων ἐμυθολογήθη τοῦ οὐρανοῦ, διὰ τὸ ὑπερβάλλον μέγεθος, καὶ Ἀτλαντικὸν πέλαγος ἐξ αὐτοῦ· ὅπου καὶ ὁ στερεὸς ἀνέδραμεν εἰς τὸν οὐρανὸν ὑψηλὸς κίων, πολλοῖς δὲ ἰσχυροῖς νέφεσι καλυπτόμενος. τὸ δὲ ἀνέδραμε, ποιητικῶς.

—— ἔχει δέ τε κίονας αὐτὸς
Μακράς, αἳ γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχουσιν.

V. 69. Ἀρχὴν δὲ ποιουμένοις ἡμῖν τοῦ λέγειν ἔστω τάξις αὕτη. τοῦτο γὰρ συνυπακούεται. πρῶτος μὲν οὖν ὁ Ἰβηρικὸς περιέρχεται πόντος, ὅστις καὶ τῆς Εὐρώπης καὶ τῆς Λιβύης ὑπάρχει ἀρχή· καὶ γὰρ ἀναμεταξὺ γαιῶν συστρέφεται. αἱ δὲ Ἡρακλεωτικαὶ στῆλαι παρὰ ταῖς πλευραῖς αὐτῶν ἐπίκεινται, ἡ μὲν ἐπὶ τὴν Λιβύην, ἡ δὲ ἐπὶ τὴν Εὐρώπην. τὸ δὲ ὁρῶσαι, κατὰ κοινοῦ. οἱ οὖν Ἴβηρες ἄποικοι ἐγένοντο ἀπὸ τῆς Εὐρώπης.

V. 74. Μετὰ τοῦτον τὸν Ἰβηρικὸν δὲ κόλπον διαδέχεται ὁ Γαλατικὸς ῥοῦς, τουτέστιν ἡ Γαλατικὴ θάλασσα, [2] ἣν κατοικοῦσι Κελτογαλάται. (οἱ γὰρ ἐν Ἀσίᾳ Γαλάται τῶν ἐντεῦθεν ἄποικοί εἰσιν, ὥσπερ καὶ οἱ ἐν Ἀσίᾳ Ἴβηρες.) [3] ἐν ταύτῃ καὶ ἡ Μασσαλία γῆ ἐκτετάνυσται περιφερῆ λαχοῦσα [4] τὴν ὄψιν. ἐπὶ τούτοις δὲ τοῖς κόλποις ἐφεξῆς καὶ τὸ Λιγυστικὸν πέλαγος ἕλκεται, (ὅ ἐστιν ἡ Λιγυστικὴ θάλασσα εὕρεται· Λιγυστικὴ δὲ λέγεται ἀπὸ Λίγυός τινος, [5] Ἀλεβίωνος ἀδελφοῦ, ὃν ἱστοροῦσιν Ἡρακλέα κεκωλυκέναι ἀπιόντα ἐπὶ τὰς Γηρυόνου βοῦς) ὅπου οἱ τῶν Ἰταλῶν υἱοὶ διαπαντὸς ἐπὶ ταῖς ἠπείροις νέμονται, μέγα ἀπὸ τοῦ Διὸς τὸ κράτος ἔχοντες, τῶν τόπων ἀρξάμενοι ἀπὸ τοῦ βορέου, (ἀντὶ τοῦ βορείων μερῶν) ἕως ἐπὶ τὴν Λευκὴν πέτραν· ἥτις Λευκὴ πέτρα ἐπὶ τὸν πορθμόν ἐστι τῆς Σικελίας. ἄνωθεν καὶ γάρ ἐστιν ἡ Λευκὴ πέτρα ἐπὶ τοῦ Σικελικοῦ πελάγους. πορθμὸς δέ, τῆς αὐτῆς θαλάσσης, οἱονεὶ τῆς μεταξὺ Σικελίας καὶ Ἰταλίας· οὕτω καὶ γὰρ λέγεται πορθμὸς. ἡ στενὴ θάλασσα ἑκατέρωθεν ἔχουσα γῆν, ὥσπερ ἰσθμὸς ἡ στενὴ γῆ ἡ ἑκατέρωθεν ἔχουσα θάλασσαν. τὸ δὲ Αὐσονιῆες, ἀπὸ Αὔσονός τινος βασιλέως, (ἐκλήθησαν οἱ Ῥωμαῖοι οὕτως) ὃς ἦν Ὀδυσσέως καὶ Κίρκης.

V. 81. Ἑξῆς πολλὴ κειμένη ἡ Λιγυστικὴ θάλασσα (πρὸς ἐκείνην καὶ τοῦτο συναπτέον) τὸ ἁλμυρὸν ὕδωρ προχεῖ, ὁριζομένης αὐτῆς (ἤτοι χωριζομένης) [6] Σαρδόνος καὶ Κύρνου· ἐπὶ ταύτην δὲ ὁ Σαρδόνιος πόντος ἔνδοθεν ἀναβράζει. (ὅπερ ἐστὶν ἦχον ἀποτελεῖ.) μετ' αὐτὸν δὲ (δηλονότι τὸν κόλπον) τὸ τῆς Τυρσηνίδος κῦμα θαλάσσης. [7] σχηματίσας καὶ ἀνέμῳ πρὸς νότον φησίν, ἐπειδὴ ἀπὸ βορέου εἰς νότον παρατέταται, οὐκ ἀπὸ δύσεως πρὸς ἀνατολήν. διὰ τοῦτο καὶ πρὸς ἀντιδιαστολὴν πάλιν τούτου φησί, Κυρτὸς ἐπιστρέφεται Σικελικὸς ῥόος πρὸς αὐγὰς ἡλίου, ὡς κυρτουμένου ἴσως αὐτοῦ πρὸς τὴν Σύρτιν, ἥτις καὶ ἄμπωτις λέγεται· τὸ δὲ Σικελικὸν τοῦτο πέλαγος Ἀδρίαν καλοῦσιν. ὑποκάτωθεν δὲ περικέχυται τὸ Σαρδόνιον πέλαγος, (ὅπερ διαιρεῖ τὴν Σικελικὴν θάλασσαν) καὶ μέχρι τοῦ πολυκλύστου Παχύνου, (ὅπερ ἐστὶν ἀκρωτήριον τῆς Σικελίας) καὶ τῆς Κρητικῆς ἄκρας· ἥτις καὶ [8] αὐτὴ Κρήτη καταπολὺ εἰς τὴν θάλασσαν νενεύκει, παρά τε τὴν ἱερὰν Γόρτυνα καὶ τὴν ἐν μέσῳ ἠπείρου κειμένην Φαιστὸν προνενευκυῖα, καὶ τὴν τοῦ Κριοῦ παρεμφαίνουσα κεφαλήν. (τὸ γὰρ παραυγάζουσα, ἀντὶ παρομοιοῦσα καὶ ἐμφαίνουσα· αὐγὰ

1 *In MS.* Ἀβίννα. 2 *In MS.* ἣν παροικοῦσι. 3 *In MS.* ἐν ταύτῃ ἡ μαλία γῆ. 4 Antea editum τὸν ὅρμον. 5 Lege Ἀλβίωνος. 6 *In MS.* Σαρδόνην. 7 *In MS.* σχηματίζεται. 8 *In MS.* αὐτὴ Κρήτη.

γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ λέγονται) τούτου χάριν, καὶ διὰ τὴν κροῦσιν καὶ τὴν ἀπήχησιν τῶν ὑδάτων, μέτωπον εἶπον ζώτην κελοῦ· ἀληθῶς καὶ γὰρ πετάνυσται, (ὅ ἐστιν ἐκτέταται) τὸ Σικελικὸν πέλαγος ἐπὶ τὴν Ἰηπυγίαν γῆν. 1 Ἰηπυγίην δὲ τὴν τῶν Ἰηπύγων φησὶν, (ἀπ᾽ Ἰήπυγος τινὸς) οἵτινές εἰσι καὶ μέρος Καλαβρίας. ἐκεῖθεν ἡ πλατυνθεῖσα ἐκτείνεται (ὅ ἐστι σύρεται) ἡ Ἀδριὰς ἅλμη πρὸς βορρᾶν, πάλιν δὲ ἐπὶ τὸν ἑσπέριον σύρει μυχόν. μυχὸν δὲ τὸν ἐνδότατον λέγει τόπον. τὸ δὲ πλατυνθεῖσα, οὐ πρὸς τὰ εἰρημένα, (καὶ γὰρ πολὺ ἄλλα πλατύτερα εἶπεν) ἀλλὰ πρὸς τὸν μυχὸν καὶ τὴν ἐπιφερομένην στενότητα, ἥντινα καὶ Ἀδριάδα οἱ περίοικοι καὶ Ἰονίαν εἶπεν ἀπὸ Ἴονός τινος, ἐξ οὗ καὶ πόλιν εἰρῆσθαί φασιν. ἀπὸ ὀνόματος ὁ αὐτὸς δὲ καὶ Ἰόνιος Ἀδριάς· υἱὸς γὰρ τοῦ Ἴονος Ἀδριάς.

V. 95. Εἰς δισσὰς δὲ ἠπείρους ἀπερεύγεται, τουτέστιν εἰς δύο τόπους τῆς γῆς ἐμβάλλει· εἰσερχομένου μὲν τινος κατὰ τὴν δεξιὰν χεῖρα, (ὅ ἐστι κατὰ τὸ δεξιὸν μέρος) φαίνεται ἡ Ἰλλυρικὴ γῆ. ἡ δὲ Δαλματία, τῶν Ἐνυαλίων πέδον ἀνδρῶν, (ἀντὶ τοῦ πολεμικωτάτων ἀνδρῶν ἡ γῆ) ὑπεράνωθεν τῆς Ἰλλυρίδος γῆς. τὸ δὲ φαίνεται κατὰ κοινοῦ. ἐν δὲ τῇ σκαιᾷ, (δηλονότι χειρὶ) Ῥωμαίων ὁ ἄπλετος ἰσθμὸς καὶ πολυτελὴς παραπέπταται, οἱονεὶ ἀπλήρωτος καὶ ἐπιπολὺ ἐκτεταμένη γῆ διασύρεται. (2 οὐχ ὅτι δὲ ἡ στενὴ Ἰταλία ἐστὶν [ἰσθμὸς λέγεται,] ἀλλ᾽ ὅτι τὸ οἰκούμενον αὐτῆς ὅριον στενόν ἐστιν) ὑπὸ τριῶν θαλασσῶν περίδρομος οὖσα, τῆς τε Τυρσηνῆς, καὶ Σικελικῆς, καὶ τῆς πληθυούσης (ὅ ἐστι τῆς πολλῆς) Ἀδριάδος. ἑκάστη δὲ αὐτῶν εἰς ἄνεμον τὸ ῥεῦμα τεκμαίρεται, (οἱονεὶ τελειοῖ) καὶ τὴν κυματώδη κίνησιν ἔχει. καὶ ἡ μὲν μία (δηλονότι ἡ Τυρσηνὴ) νεύει ἐπὶ ζέφυρον· ἡ δὲ Σικελικὴ τὴν ὁρμὴν καὶ τὴν ὁλκὴν ἔχει ἐπὶ νότον· ἡ Ἀδριὰς δὲ ἐπὶ τὸν εὖρον.

V. 103. Ὑπεράνω δὲ τῆς Σικελίας γῆς, ὁ ἀνατολικώτερος τῆς Λιβύης ἔσω πόντος τὸ κῦμα κορύσσων καὶ αὔξων ἕλκεται περὶ τὴν ἑτέραν Σύρτιν· (τουτέστι τὴν μεγάλην, τὴν νοτίαν, συστρέφεται·) ἥντινα καὶ μείζονα λέγουσιν. ἄλλη ἀφαυρὸν (ἤτοι σμικρὸν) ἔχει τὸν πόρον δυτικωτέρα τυγχάνουσα, ὡς ἔνδον εἶναι αὐτὴν πρὸς τὴν δύσιν, καὶ τὴν πλημμυρίδα τοῦ πόντου (ὅ ἐστι 3 τοῦ Σαρδόου καὶ τοῦ Τυρρηνικοῦ) πόρρωθεν ἐρχομένην δέχεται. οὕτως μὲν οὗτοι (ὅ τε τῆς μεγάλης Σύρτιδος καὶ τῆς μικρᾶς δηλονότι) οἱ κόλποι συστρεφόμενοι βοῶσιν. ἀπὸ δὲ τῶν Σικελικῶν ὀρέων (οἱονεὶ τοῖς πλέουσιν ἐκ Σικελίας, διὰ τὸ μηκέτι φαίνεσθαι τὰ τῆς Σικελίας ὄρη) τὸ μακρὸν τῆς Κρήτης ἐπὶ τὴν ἀνατολὴν διαδέχεται πέλαγος μέχρι τῆς Σαλμωνίδος ἄκρας, ἥντινα ἄκραν (ὅ ἐστιν ἀκρωτήριον) ἀνατολικωτέραν πρὸς τὴν Κρήτην λέγουσιν εἶναι· ὁ δὲ κριὸς, δυτικώτερος. κόλποι οὖν δύο τοῦ Σαρδόου καὶ τοῦ Τυρρηνικοῦ.

V. 112. Δύο δὲ ἐφεξῆς προσωτέρω πυκνοῦνται (ὅ ἐστιν αὔξονται) πελάγη ὑπὸ ταῖς τοῦ Θρακικοῦ βορρᾶ ἐλαυνόμενα πνοαῖς, ὀρθὸν φυσῶντος αὐτοῦ, ἐπειδὴ ἐξεναντίας κεῖται αὐτῶν. τὸ δὲ Ἰσμαρικοῦ, ἀντὶ τοῦ Θρακικοῦ· ἡ δὲ Ἴσμαρος πόλις ἐστὶ Θρακική, ἐξ ἧς καὶ τό — ὁ δ᾽ Ἴσμαρον ἀμφιβεβήκει. τὴν δὲ θάλασσαν ταύτην πρώτην Φαρίαν καλοῦσιν, ἐπὶ τὴν ἐσχάτην ἐξοχὴν ἐκτεινομένην τοῦ Κασίου· (πρηῶνα δὲ ὕστατον, τὴν ἐσχάτην λέγουσιν ἐξοχήν. τὸ δὲ Κάσιον τῆς Συρίας ἐπεκτεινόμενόν ἐστι μέχρι τοῦ Πηλουσίου· τὸ δὲ Πηλούσιον, πρὸς τῇ Σερβωνίδι λίμνῃ) τὴν καὶ ἑτέραν δὲ Σιδωνίαν, ὅπου ὁ Ἰσσικὸς κόλπος ὁ ἄπειρος συρόμενος ἐπὶ τὸν βορρᾶν εἰς μυχὰ γαίης (ἀντὶ τοῦ ἐπὶ τὴν ἐξοχὴν τῆς γῆς, ἢ ἐπὶ τὴν πάραλον μέχρι τῆς Ἰσσοῦ πόλεως) τὴν τῶν Κιλίκων χώραν παραμείβων διέρχεται. μέγαν δὲ αὐτὸν εἶπε κόλπον, διὰ τὸ μὴ ἐπισυνῆφθαι αὐτῷ ἕτερον· οὐ πόρρωθεν μὲ

1 *In MS.* Ἰηπύας. 2 *In MS.* οὐχ ὅτι δὲ ὅτι ἡ στενὴ Ἰταλία ἐστὶν, ἀλλ᾽ ὅτι τὸ &c. *dein* τὸ ὑπὸ τριῶν. 3 *Corrupte in MS.* τοῦ γερδόν.

κατὰ τὰ ἄνω μέρη ὢν ἰσόδρομος, οὐδὲ διόλου ἐπὶ τὸν βοῤῥᾶν χωρῶν, οὐδὲ ἐπὶ πολὺ τῆς ἀνακλίσεως ἐπ᾽ εὐθείας φερόμενος· πλησίον καὶ γὰρ τῇ δνοφερῇ ὑπολήψει, τῇ καμπύλῃ μελανθίῳ (οἱονεὶ τῇ μελαίνῃ αὐτοῦ συστροφῇ) τῆς τῶν Κιλίκων γῆς ἀποπαύεται (καὶ γὰρ ὑπόληψιν, συστροφὴν λέγει) ἐπειδὴ ὅταν τῇ Κιλικίᾳ ἐπιβάλλει πάλιν ἐπὶ δύσιν ἀναχωρεῖ (διὸ καὶ κατὰ τὴν ἕρπυσιν δράκοντι ἀπεικάζεται αὐτὸν, ἐπεὶ μὴ κατ᾽ εὐθὺ φέρεται) ἐπὶ τὸν ζέφυρον (δηλονότι ἐπὶ τὴν Κιλικίαν) τὴν συστροφὴν ποιησάμενος ἐκπτύει τὴν θάλασσαν.

V. 123. Καθάπερ καὶ βραδὺς καὶ ἀγκύλος συρόμενος δράκων καταπληκτικοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχων συστρέφεται, ὑπὸ τούτου δὲ (δηλονότι ἐρχομένου) ἡ τοῦ ὄρεος ἄκρα πᾶσα βαρύνεται· οὕτω καὶ ἐκεῖνος ὁ Ἰσσικὸς κόλπος ὑπὸ ταῖς προχύσεσι βαρυνόμενος πολύχυτος ἐν τῇ θαλάσσῃ ἔνθεν κἀκεῖθεν συστρέφεται. ἐπὶ τούτου μὲν ταῖς προχύσεσι (τοῦ Ἰσσικοῦ κόλπου) οἱ Παμφύλιοι κατοικοῦσιν, ἕως ἐπὶ Χελιδονίων νήσων Παμφυλίας· αἵτινές εἰσι Μελανῆπται, καὶ Γάγαι, καὶ Κορύδαλοι. ἐπὶ δὲ τὴν ἄκραν τῶν Παταρῶν (ὃ Λυκίαν καὶ Καρίαν διορίζει ἀκρωτήριον, καὶ γάρ ἐστι τελευταῖον σημεῖον) ὁ Ἰσσικὸς κόλπος, ὡς πρὸς τὸν ζέφυρον, κατὰ τὴν δύσιν, πόῤῥωθεν τὰ Πάταρα ἔχει καὶ τὸ τέλος τοῦ Σιδωνίου πελάγους.

V. 130. Ἐξ ἐκείνου οὖν, τοῦ Ἰσσικοῦ κόλπου τῆς Παμφυλίας, πάλιν ἐπὶ τὰ ἀρκτῷα μέρη συστρέφεται. βλέπε ὦ ἀκροατὰ (πρὸς γὰρ ἐκεῖνον ὁ λόγος) καὶ τὸν Αἰγαίου πελάγους τὸν πόρον, ὅπου τὸ κῦμα διαῤῥησσόμενον ταῖς διεσπαρμέναις νήσοις ποιόν τινα ἦχον ἀποτελεῖ. οὐδαμῶς καὶ γάρ τις ὅμοια κύματα τοῦ Αἰγαίου ἐκείνου πελάγους ἕτερος πόρος τῆς θαλάσσης αὔξει, εἰς ὕψος ἀνεγείρων, καὶ κτυπῶν, καὶ ἀναβράζων. τὸν δὲ ὅρον (ὅ ἐστιν ὁρισμὸν) αὐτοῦ τὸ Αἰγαῖον δέχεται εἰς τὴν ἐσχάτην Τένεδον (ἀντὶ τοῦ ἕως Τενέδου) τὴν [1] Ἴμβρον εἰς τὸ ἕτερον μέρος ἔχων· καὶ ὅπου (ἀπὸ τῆς Τενέδου) ὁ ἐπιμήκης αὐλὼν πρὸς βοῤῥᾶν συρόμενος ἕως τῆς Προποντίδος ἁπάσης ἔρχεται. ὑπὲρ ἧς (Προποντίδος) πρὸς τὰ νότια μέρη ἅπαντα φῦλα τείνεται, οἱονεὶ τὰ πολλὰ ἔθνη ἐπεκτείνεται· ἄπειρα καὶ γάρ εἰσιν ἔθνη τῆς Ἀσίας· ὡς καὶ πλατύτερος ὁ ἰσθμὸς ἐπὶ τὴν ἤπειρον (ὅ ἐστιν ἐπὶ τὴν γῆν) διέρχεται. ἐπὶ ταύτῃ δὲ (δηλονότι τῇ Προποντίδι) τοῦ Θρᾳκικοῦ Βοσπόρου ἐστὶ τὸ στόμα· ὅντινά ποτε Βόσπορον ἡ Ἰὼ τῇ βουλῇ τῆς Ἥρας, ὡς παρ᾽ αὐτῆς ζηλοτυπηθεῖσα, εἰς βοῦν μεταβληθεῖσα ἐνήξατο (ἤτοι ἐκολύμβησεν.) ἐκεῖνος δὲ ὁ ἐν τῷ Βοσπόρῳ καὶ ἀναμεταξὺ Χαλκηδόνος καὶ Βυζαντίου πορθμὸς, ἢ Κινδυνίου καὶ τοῦ Ἀνάπλου λεγομένου, στενότατος ὑπάρχει περὶ τὰς Κυανέας πέτρας ὑπὲρ τῶν ἄλλων (δηλονότι πόρθμων) οἵτινές εἰσι καὶ ἄλλοι Εὐβοίας καὶ Σικελίας· ὅπου ὁ μῦθος ἐν τῇ θαλάσσῃ τὰς τραχείας πλανωμένας πέτρας μετὰ κτύπου πολλοῦ εἰς ἀλλήλας φέρεσθαι ἔφησεν. ἐκ τούτου δὲ ἀνοιγόμενος (δηλονότι τοῦ Βοσπόρου) παραπέπταται τοῖς ἀνδράσι Πόντος, πολὺς ὑπάρχων, καὶ σύρων ἐπὶ τῆς ἀνατολῆς τὸ ἐσώτερον μέρος. τούτου δὲ (τοῦ Πόντου) ἀεὶ μὲν καὶ διαπαντὸς λοξαὶ ὁδοὶ ἐπιτρέχουσιν, ὡς πρὸς τὰ ἀνατολικὰ μέρη ποιούμεναι τὴν φορὰν, τὴν δὲ ἀνάγναμψιν αὐτῶν πρὸς τὰ βόρεια.

V. 150. Μέσσαι δὲ ἔνθα κἀκεῖσε [δύω ἀνέχουσι κολῶναι] (δηλονότι δύο ὑψηλοὶ μεσάζουσι τόποι καὶ ἐξέχουσι· καὶ δοκεῖ τισιν, ἐκ τῶν αὐτῶν ὑψηλῶν τόπων καὶ ἐξεχόντων γίνεσθαι τὴν θάλασσαν) ἡ μὲν ὡς πρὸς νότον, ἥντινα καὶ Κάραμβιν καλοῦσιν· ἡ δὲ πρὸς βοῤῥᾶν ἔγκειται ὑπὲρ Εὐρωπείας γῆς, ἥντινα οἱ περίοικοι Κριοῦ καλοῦσι μέτωπον. αἵτινες ἄκραι ἐναντίαι εἰς ἀλλήλας συνέρχονται· οὐδαμῶς οὖσαι πλησίον ἀλλήλων, ἀλλὰ ὁπόσον ἐστὶν ὁλκάδι (ὅ ἐστι ναῒ) ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ὁδεῦσαι. ἴδοις ἂν καὶ διθάλασσον ὑπάρχοντα τὸν Πόντον, ἐοικότα τόρνῳ, ἤγουν περιφερείᾳ κυ-

1 *In MS.* Ἴβηρον.

κλοτεροῦς ὁμοιούμενον τόξου. ἅμματι δὲ τοῦ τόξου περιφραστικῶς, τῷ τόξῳ. τὸ δὲ ὅμοιον αὐτοῦ, θεάσῃ τοῦ περιφεροῦς τόξου τῷ τέρμῳ ἐκεῖνον τὸν Πόντον ὁμοιούμενον. περιηγέος δὲ, τοῦ περιφεροῦς· καὶ ἅμματι, κυρίως τῇ νευρᾷ.

V. 158. Ἀλλὰ γένοιτο νευρῆς σημεῖα Πόντου τὰ δεξιὰ, κατ' εὐθεῖαν διαγραφέντα· μέση δὲ τῆς διατυπώσεως αὐτῆς ἔξωθεν οὖσα, καὶ ἐπὶ τὸν βοῤῥᾶν ὁρῶσα, ὑπέρχει ἡ Κάραμβις· ὁ δὲ ἀριστερὸς πόρος (δύο γὰρ εἰσὶ μακροὶ κόλποι) κεράτων ἔχει σημεῖον· ὅστις (πόρος) ἐπὶ τὴν δευτέραν συστροφὴν κέρασι τόξου ὁμοιούμενος συστρέφεται· οὗτινος (πόρου) καὶ ἐπὶ τὴν Μαιώτιδα λίμνην πρὸς τὸν βοῤῥᾶν τὰ ὕδατα περικέχυται. περὶ ταύτῃ μὲν οἱ Σκύθαι, πολλοὶ καὶ ἄπειροι ἄνδρες, κατοικοῦσι· καλοῦσι δὲ ταύτην (δηλονότι τὴν Μαιώτιδα λίμνην) καὶ μητέρα Πόντου. ἐκ ταύτης καὶ γὰρ διὰ τοῦ Κιμμερίου Βοσπόρου τὸ πολὺ καὶ ἄπειρον ὕδωρ τοῦ Πόντου ὀρθὸν διασύρεται. παρά τινι, Κιμμερίῳ Βοσπόρῳ, πολλοὶ Κιμμέριοι κατοικοῦσιν ὑπὸ τῷ ψυχρῷ ποδὶ τοῦ Ταύρου. (τουτέστιν εἰς τὸ ἔσχατον καὶ κατώτατον μέρος τοῦ ὑψηλοῦ Ταύρου.) πλησίον καὶ γάρ εἰσιν οἱ Κιμμέριοι περὶ τὸν ἰσθμὸν κείμενοι, οὗ ἐστιν ὁ Ταῦρος. ἰσθμὸν δὲ λέγουσι τὸν κατ' ἐνίους διαμεροῦντα τῆς Εὐρώπης τὴν Ἀσίαν· ψυχρῷ δὲ, ἐπεὶ ὑψηλόν· τὰ γὰρ ὑψηλὰ, κρυώδη εἰσί. ποδὶ δὲ πάλιν, τῷ κάτω μέρει· ὥστε καὶ —— πόδας Ἴδης, ἀντὶ τοῦ τὰ ἔσχατα μέρη καὶ κάτω τῆς Ἴδης.

V. 169. Τοιαύτη μὲν ἡ μορφὴ τῆς μελανιζούσης θαλάσσης· κυανὸν γὰρ, τὸ μέλαν φαμέν. ἀρτίως δὲ ἁπάσης τῆς γῆς τὴν μορφὴν λέξω, ὅπως εὔφραστον ὀπωπὴν (τουτέστιν εὔφραστον αἴσθησιν καὶ εὐσύνοπτον γνῶσιν) καίπερ μὴ καὶ ἰδὼν, ἔχῃς. ἐκ τούτου γὰρ (τοῦ εἰδέναι σε τῆς ἠπείρου τὰ σχήματα καὶ τὰ μέτρα) ἀνδρὶ παρὰ γνώσοντι (οἱονεὶ παρ' ἐπιστήμονι ἀνδρὶ, ἢ μᾶλλον μηδὲν εἰδότι· ἀγνώσοντα γὰρ, τῷ ἀπείρῳ καὶ ἀνεπιστήμονι καὶ μηδὲν εἰδότι σημαίνει) ἕκαστα πιφασκόμενος, (ἀντὶ τοῦ διηγούμενος) γεραρὸς εἴης (ἢ τιμώμενος) καὶ αἰδοιέστερος, (τουτέστιν αἰδοῦς καὶ ἐντροπῆς ἄξιος.)

